 ἀλλόφυλλον Rob. ἐλθοῦσα Rob. v. 771. ἐρασθήσεσθε Guelph.  
 ἐρασθήσεθε Ald. προὔννεπω Ald. Herm. v. 772. ὁ ὑπορῳέων  
 Rob. v. 775. τεύξει libri et Wellauer. Mueller. Recentt. omnes  
 τεύξει. στόλον Guelph. Ald. στόλον ex Faehs. Reg. P.

ὄσῃν παρ' ἄλλων οὐπὸτ' ἄν σχέθους βροτῶν.  
 σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλης  
 μῆδ' αἱματηρὰς θηγάνας σπλάγχνων βλάβας  
 νέων, αἰνόνοις ἐμμανεῖς θυμώμασιν.  
 μῆδ' ἐξελοῦσ' ὥς καρδίαν ἀλεκτόρων, 780  
 ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἰδρύσης Ἄρη  
 ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν.  
 θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις παρῶν,  
 ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως.  
 ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην. 785  
 τοιαῦθ' ἐλέσθαι σοι πάρεστιν ἐξ ἐμοῦ,  
 εὖ δρωῶσαν, εὖ πάσχουσιν, εὖ τιμωμένην,  
 χώρας μετασχεῖν τῇσδε θεοφιλεστάτης.

V. 776. σχέθους Ald. βροτοῖς Reg. L. v. 777. τῆς ἐμοῖσι  
 Rob. v. 779. αἰόνους Guelph. Ald. Rob. ναίων αἰόνοις conj.  
 Rob. παροῖνοις conj. Schuetz. θυμώμασι vulg. θυμώμασιν.  
 Schuetz. v. 780. μῆδ' ἐξελοῦσ' ὥς καρδίαν ἀλεκτόρων, vulg.  
 μῆδ' ἐκχέουσ' Pauw. μῆδ' ἐπεροῦσ' Wakef. μῆδ' ζέουσ' Ja-  
 cobs. μῆδ' ἐξόρουσ' Schuetz. Both. μῆδ' ἐξέδουσ' Herm. μῆδ'  
 ἐκχολοῦσ' Mueller. Ego retinui vulgatam. v. 781. ἐμοῖσιν  
 ἀστοῖσιν Med. ἐμοῖσιν αὐτοῖσιν Guelph. Ald. Rob. ἐμοῖς αὐ-  
 τοῖσιν Turn. ἐμοῖσιν ἀστοῖσιν ἰδρύση ἀρη ex Faehs. Reg. P.  
 ἰδρύση κόρη Guelph. Ald. Turn. ἰδρύση βάρη Rob. var. lect.  
 ap. Steph. ἰδρύση ἀρα Vict. ἰδρύσης Ἄρη emend. Stephan.  
 Canter. et recentt. v. 782. ἐλλήρους pro ἀλλήλους Ald. ἐλλη-  
 γας Turn. v. 783. οὐ μόλις παρῶν omnes Codd. et Schol. οὐ  
 μῶλος παρῶν Wakef. Schuetz. οὐ δόμοις παρῶν Burgess. Battl.  
 Mueller. ἢ μόλις παρῶν Herm. v. 784. ἔστι Med. ἔστι Reg.  
 L. et ex Faehs. Reg. P. v. 785. ἐν οἴκῳ Ald. v. 786. ἰλέ-  
 σθαι Rob.

## ΧΟΡΟΣ.

ἔμὲ παθεῖν τάδε,

790 (φεῦ)

ἔμὲ παλαιόφρονα, κατὰ τε γὰρ οἰκεῖν  
ἀτίετον

(φεῦ)

μῖσος.

πνέω τοι μένος ἅπαντὰ τε κότον.  
οἷ οἷ δᾶ.

(φεῦ)

795 τίς μ' ὑποδύεται πλευρὰς ὀδύνα;

θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ

Νύξ· ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαμαιᾶν θεῶν

δυσπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἤραν δόλοι.

## ΑΘΗΝΑ.

οὔτοι καμουμαί σοι λέγουσα τάγαθᾶ·

800 ὥς μήποτ' εἴπῃς, πρὸς νεωτέρας ἔμοῦ

θεὸς παλαιὰ, καὶ πολισσούχων βροτῶν,

ἄτιμος ἔρρειν τοῦδ' ἀπόξενος πέδου.

ἀλλ'· εἰ μὲν ἄγνόν ἐστί σοι πειθοῦς σέβας,

γλώσσης ἔμῃς μέλιγμα καὶ θελκτήριον,

805 σὺ δ' οὖν μένοις ἄν· εἰ δὲ μὴ θέλεις μένειν,

---

V. 789. In hoc cantu reperitur eadem lectionum varietas, atque in superiore, praeterquam quod v. 791. κατὰ τε γὰρ exhib. Med. Rob. et v. 798. δῆλοι Ald. v. 799. καλοῦμαί σοι Farn. v. 800. νεωτέρας Rob. v. 801. πολισσούχων Ald. πολισσούχος Turn. et var. lect. ap. Stephan. Herm. Schuetz. v. 802. ἔρειν Ald. v. 804. μέλιγμα Ald. v. 805. μένεις Guelph.

οὐτᾶν δικαίως τῇδ' ἐπιρρόεποις πόλει  
 μῆνιν τιν' ἢ κότον τιν' ἢ βλάβην στρατῷ.  
 ἔξεστι γάρ σοι τῆσδε γαμόρῳ χθονὸς  
 εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένην.

## ΧΟΡΟΣ.

ἄνασσ' Ἀθάνα, τίνα με φῆς ἔχειν ἔδραν;

810

## ΑΘΗΝΑ.

πάσης ἀπήμον' οἰζύος· δέχου δὲ σύ.

## ΧΟΡΟΣ.

καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει;

## ΑΘΗΝΑ.

ὥς μὴ τιν' οἶκον εὐθενεῖν ἄνευ σέθεν.

## ΧΟΡΟΣ.

σὺ τοῦτο πράξεις, ὥστε με σθένειν τόσον;

---

V. 806. οὔτ' ἂν vulg. οὐκ ἂν Pears. Herm. οὐτᾶν emend. Wellauer. Mueller. ἐπιρρόεπεις Guelph. Ald. v. 807. κότον τε Ald. κότον ποί' Turn. v. 808. τῇδὲ γ' εὐμοίρου vulg. ἀμοίρου χθονὸς ex Faehs. Reg. P. τῇδὲ γ' ἀμοίρου Reg. L. Guelph. Ald. τῇδε δ' ἀμοίρου Rob. τῇδὲ γ' εὐμοίρου Turn. Vict. τῆσδὲ γ' ἐμμοίρῳ χθονὸς conj. Canter. τῆσδὲ γ' εὐμοίρου χθονὸς Pauw. τῆσδὲ γ' ἐν μοίρᾳ χθονὸς Pears. prob. Buttler. τῇδ' ἐπ' εὐμοίρον χθονὸς Wakef. τῇδὲ γ' ἐμμοιρον χθονὸς Herm. Schuetz. τῆσδὲ γ' ἐμμόρῳ χθονὸς ex Schuetzii conj. Both. τῆσδε γαμόρῳ χθονὸς Dobrae. in Classical Journ. III. p. 654. Burgess. Mueller. v. 810. ἀθελίνα Ald. φῆς Guelph. Ald. Rob. prob. Wellauer. ἔξειν conj. Elmsl. Mus. crit. Cantabr. VI. p. 303. v. 811. οἰζύος vulg. οἰζύος Ald. Turn. et recentt. δεύχου Ald. v. 813. μήτ' ἴν' Ald. εὐσθενεῖν vulg. εὐσθένειν ex Faehs. Reg. P. εὐ σθενεῖν Turn. ἀθενεῖν Rob. εὐθενεῖν conj. Scaliger. recep. Pauw. Heath. Wakef. Glasg. et recentt.



ΑΘΗΝΑ.

815 τῷ γὰρ σέβοντι συμφορὰς ὀρθώσομεν.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μοι πρόπαντος ἐγγύην δήσει χρόνου;

ΑΘΗΝΑ.

ἔξεστι γάρ μοι μὴ λέγειν ἂ μὴ τελεῶ.

ΧΟΡΟΣ.

θέλξειν μ' ἔοικας καὶ μεδίσταμαι κότου.

ΑΘΗΝΑ.

τοιγὰρ κατὰ χθόν' οὗς' ἐπικτήσει φίλους.

ΧΟΡΟΣ.

820 τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφθυμῆσαι χθονί;

ΑΘΗΝΑ.

ὅποια νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,  
καὶ ταῦτα γῆθεν, ἔκ τε ποντίας θρόσου,  
ἔξ οὐρανοῦ τε, κἀνέμων ἀήματα  
εὐηλλῶς πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·

---

V. 815. σέβον τι Ald. συμφορὰς Glasg. v. 816. μὴ μοι Reg. L. πρὸ παντός vulg. πρόπαντος emend. Abresch. recep. Schuetz. Both. Wellauer. Dindorf. Mueller. prob. Schwenck. v. 817. ἔξεστιν Guelph. Ald. Rob. Interrogationis signum in fine versus ponunt Rob. Vict. v. 819. τοὶ γὰρ vulg. τοιγὰρ Ald. recep. Both. Wellauer. Dind. Mueller. ἐπικτήσῃ libri, quos sequuntur Wellauer. et Mueller. ἐπικτήσῃ recentt. v. 820. τί μ' οὖν ἄνωγας Glasg. 2. τῇδ' εὐφημῆσαι Ald. τῇδε φημῆσαι Turn. v. 821. Post ὅποια signum interrog. quosdam ponere testatur Stephan. γέλης conj. Herm. ad Soph. Aj. 955. v. 823. Comma post ἀήματα delet. Herm. Schuetz. Wellauer. Mueller.

καρπὸν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπλήθοντον, 825  
 ἀστοῖσιν εὐθνεοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,  
 καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.  
 τῶν θυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.  
 στέργω γὰρ, ἀνδρὸς φιτυποιμένος δίκην,  
 τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος. 830  
 τοιαῦτα σοῦσι. τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ  
 περπτῶν ἀγόνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ  
 τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.

ΣΤΑΣΙΜΟΝ Γ. ΚΑΙ ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ  
 ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

δέξομαι Παλλάδος ξυνοικίαν οὐδ' ἀτιμάσω πόλιν,  
 τὰν καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς, Ἄρης τε φρούριον θεῶν 835  
 νέμει,  
 ῥυσίβωμον Ἑλλάνων ἄγαλμα δαιμόνων.

V. 825. βροτῶν vulg. βοτῶν emend. Stanl. recep. Pauw. Heath. Wakef. Schuetz. Herm. Both. Mueller. prob. Wellauer. v. 826. εὐθνεοῦντας Guelph. Ald. εὐθινοῦντας Rob. v. 828. ἐκφορωτέρα Ald. ἐκφοροωτέρα conj. Wellauer. Schuetz. hunc versum post v. 830. collocandum putat. v. 829. φῖτυ, ποιμένος vulg. φιτυποιμένος Ald. Turn. recep. Glasg. Herm. et recentt. Hunc et sequentem versum Choro assignavit Rob. v. 831. Hunc versum et sequentes Choro dedit Ald. τοιαῦτας οὔτιοι Ald. τοιαῦτά σ' οὔτιοι Guelph. Turn. Literae οὔσι desunt in Reg. L. τοιαῦτα σοῦ 'στι Rob. Vict. et recentiores omnes, praeter edit. Glasg., in qua σοῦσι scriptum est, quamque sequuntur Wellauer. Dind. Mueller. v. 832. ἀγόνων Ald. v. 833. τήν Guelph. Ald. Turn. v. 836. ῥυσίβολον Guelph. Ald. Turn. Comma post Ἑλλάνων ponunt Abresch. Herm. post ῥυσίβωμον Both.

ἄτ' ἐγὼ κατεύχομαι, θεσπίσασα πνευμένῳς,  
 ἐπισσύτους βίου τύχας ὀνησίμους  
 γαίας ἐξαμβρῦσαι  
 840 φαιδρὸν ἄλλiou σέλας.

AΘΗΝΑ.

συστ. α'.

τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις  
 πράσσω, μεγάλας καὶ δυσαρέστους  
 δαίμονας αὐτοῦ κατανασσαμένη.  
 πάντα γὰρ αὐταὶ τὰ κατ' ἀνθρώπους  
 845 ἔλαχον διέπειν· ὁ δὲ μὴ κύρσας  
 βαρέων τέκτων, οὐκ οἶδεν ὅθεν  
 πληγαὶ βίότου προσέκυρσαν.  
 τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν  
 πρὸς τάσδ' ἀπάγει, σιγῶν δ' ὄλεθρος

V. 837. αἴτ' Guelph. αἴτ' Ald. κατ' εὐχομαι Ald. v. 838. ἐπισεύτους Ald. ἐπιτεύκτους Turn. βίου excludunt Wakef. et Both. v. 839. γαίας ἐξαμβρόσαι vulg. ἐξ ἀμβρόσαι Rob. ἐξαμβλῶσαι conj. Pears. ἐξαμβρῦσαι Pauw. recep. Schuetz. Herm. Schwenck. ἐξαμβρῦσειν Both. ἐξαμφῦσαι Burgess. ἐξαρόσαι conj. Wellauer. γαίας ἐξ ἀμβρῦσαι dedit Mueller. v. 842. δυσαρέτους Ald. v. 843. κατανασσαμένη Ald. v. 845. 846. ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων τούτων vulg. ὁ δὲ δὴ κύρσας conj. Pauw. et Heath. prob. Buttler. recep. Mueller. ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων αἰτῶν conj. olim Herm. ὁ δὲ μὴ κύρσας πράων τούτων Schuetz. βαρειῶν desiderat Wellauer. ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων τέκτων nunc emend. Herm. v. 847. Desunt vulgo quatuor syllabae. προσέπαισαν conj. Herm. Verisimilias mihi videtur excidisse προσέκυρσαν. v. 848. ἀπλακήματά νιν vulg. ἀπλακήματα emend. Askew. Pauw. Schuetz. Herm. Glasg. Dind. Mueller. v. 849. ἀπάγει, σιγῶν ὄλεθρος, καὶ vulgatam servant

καὶ μέγα φωνοῦντ'  
ἐχθραῖς ὀργαῖς ἀμαθύνει.

850

## ΧΟΡΟΣ,

ἀντιστρ. α'.

δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, τὰν ἑμᾶν χάριν  
λέγω,  
φλογμοῖς ὀμματοστερῆς φυτῶν, τὸ μὴ περᾶν ὄρον  
τόπων·

μηδ' ἄκαρπος αἰανῆς ἐφερπέτω νόσος,  
μῆλ' α' τ' εὐθενοῦντ' ἄγαν ξὺν διπλοῖσιν ἐμβρύοις 855  
πρέποι χρόνῳ τεταγμένῳ· γόνος δὲ γὰς

Wellauer. Dind. Mueller. ἀπάγει, σιγῶν δ' ὄλεθρος καὶ μέγα  
emend. Herm. Schuetz. Both. σιγῶν exh. Ald. v. 850. μεγα-  
φώνους τ' Ald. μεγαφώνους Turn. v. 853. φλογμός τ' vulg.  
φλοιγμός τ' Med. φλοιγμός Ald. Rob. φλοιγμός δ' ex Faehs.  
Reg. P. φλογμός δ' olim Herm. Schuetz. Both. φλογμοῖς  
ὀμματοστερῆς nunc emend. Hermann. τόπον Rob. τόκων  
Schuetz. τὸ πᾶν Both. φυτῶ θ' ὁ μὴ πορῶν ὄρου ποτὸν  
Bargess. v. 854. αἰανὸς dedit Schuetz. v. 855. μᾶλ' α' τ'  
Schuetz. olim Herm. Both. εὐθενοῦντ' Ald. εὐθυνοῦντ' Rob.  
εὐθενοῦντα γὰ conj. Dobrae. Classic. Journ. III. p. 654. re-  
cep. Mueller. σὺν Herm. Schuetz. διπλοῖς vulg. διπλοῖσιν  
emend. Stanl. Pauw. et recentt. omnes. v. 856. τρέφοι χρόνῳ  
τεταγμένῳ· γόνος vulg. Desiderantur duae syllabae. τεταγμένῳ  
Ald. γόνον Turn. Interpungunt ante πλουτόχθων Ald. Turn.  
post hoc vocabulum Rob. ante γόνος Vict. γαῖα ante τρέφοι  
addi voluit Stanl. τρέφοι πέδον conj. Wakef. χώρα τρέφοι olim  
Herm., quem secutus est Schuetz. γόνος γόνον addidit Lachm.  
l. l. p. 46. prob. Wellauer., qui τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ γό-  
νος γόνον πλουτόχθων, ἐρμαίαν δαιμόνων δόσιν τισί legen-  
dum existimat. μῆλα δ' εὐθενοῦντα γὰ ξὺν διπλοῖσιν ἐμβρύοις  
τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ, γάνος τε πᾶς πλούτου θεῶν ἐρμαίαν

πλουτόχθων ἐρμαίαν  
δαιμόνων δόσιν τίοι.

ΑΘΗΝΑ.

συστ. β'.

ἧ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον,  
860 οἷ' ἐπικραίνει; μέγα γὰρ δύναται  
πότνι' Ἑρινὺς παρὰ τ' ἀθανάτοις  
τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν περὶ τ' ἀνθρώπων  
φανερῶς τελέως διαπράσσουσιν  
τοῖς μὲν αἰοιδᾶς, τοῖς δ' αὖ δακρύων  
865 βίον ἀμβλωπὸν παρέχουσαι.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'.

ἀνδροκμη̃τας δ' ἄώρους ἀπεννέπω τύχας,  
νεανίδων τ' ἐπηράτων

---

εὐμενῶν δόσιν τίοι proponit Burgezs. μῆλ' α' τ' εὐθενοῦντα γὰ  
ξὺν διπλοῖσιν ἐμβρούοις, τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ, γόνος δὲ  
πᾶς πλουτόχθων Ἑρμαίαν δαιμόνων δόσιν τίοι dedit Mueller.  
Ego recepi novissimam Hermannii emendationem. v. 857. πλου-  
τόχθω νερμαίαν Ald. v. 858. τίοι Ald. Rob. v. 860. διὰ  
ἐπικρανεῖ Med. Guelph. Ald. οἷ' ἐπικρανεῖ Rob. Turn. Vict.  
οἷ' ἐπικραίνει emend. Pauw. recep. omnes recentt. Interroga-  
tionis signum addidit primus Abreschius. γὰρ omitt. Rob.  
v. 851. Ἑριννὺς vulg. Ἑρινὺς exh. Med. Rob. Dind. Mueller.  
Ἑριννὺς Ald. ἀθάτοις Reg. L. v. 863. διαπράσσουσιν vulg. δια-  
πράσσουσιν Guelph. ex Faehs. Reg. P. Ald. Rob. Herm. et  
recentt. Post hoc vocabulum non interpungunt Herm. Schuetz.  
Schwenck. Dind. τὸ τέλος pro τελέως conj. Both. v. 864. δ'  
αὖ κρύων Med. Reg. L. Guelph. Rob. var. lect. ap. Vict.  
v. 866. ἀνδροκμη̃τας Ald. ἄώροις Rob. var. lect. ap. Steph.

ἀνδροτυχεῖς βιότους δότε κύρι' ἔχοντες,  
 θεαί τ' ὦ Μοῖραι, ματροκασιγνήται,  
 δαίμονες ὀρθονόμοι,  
 παντὶ δόμῳ μετάκοινοι,  
 παντὶ χρόνῳ δ' ἐπιβριθεῖς  
 ἐνδίκους ὀμιλλαῖς,  
 πάντα τιμώταται θεῶν.

870

## ΑΘΗΝΑ.

Μέσον σύστ.

τάδε τοι χώρα τήμῃ προφρόνως  
 ἐπικραينوμένων

875

γάννυμαι· στέργω δ' ὄμματα πειθοῦς,  
 ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾶ  
 πρὸς τάσδ' ἀγρίως ἀπανηναμένας·  
 ἀλλ' ἐκράτησε Ζεὺς ἀγοραῖος.  
 νικᾷ δ' ἀγαθῶν  
 ἔρις ἡμετέρα διὰ παντός.

880

V. 868. ἔχουσαι conj. Pears. Pauw. ἔχοντας Schuetz. Both.  
 v. 869. θεαί, τῶν Μοῖραι ματροκασιγνήται vulg. θεαί καὶ  
 Μοῖραι olim Herm. Schuetz. θεοὶ καὶ Μοῖραι Buttler. θεόθεν  
 Μοῖραι Both. δότε, κύρι' ἔχοντες τὰ θνατῶν, Μοῖραι ματρο-  
 κασιγνήται dedit Mueller. δότε κύρι' ἔχοντες, θεαί τ', ὦ Μοῖ-  
 ραι, ματροκασιγνήται nunc legit Herm. v. 871. μεγάκοινοι  
 Med. Reg. L. Ald. Rob. v. 872. ἐπικριθεῖς Reg. L. ἐπιβρι-  
 θαῖς Ald. Comma, quod vulgo ponunt post hoc vocabulum,  
 transposuerunt post ὀμιλλαῖς Herm. Schuetz. Both. Schwenck.  
 Wellauer. Mueller. v. 873. ἐνδικος Rob. v. 874. πάντα vulg.  
 πάντων Turn. Both. πάντα Glasg. Herm. Schuetz. Wellauer.  
 Mueller. παντᾶ Schwenck. Dind. v. 877. γάννυμαι Guelph.  
 Ald. v. 878. ἐπώπα conj. Schuetz. Both. v. 880. ἐκράτησεν  
 scrips. Askew. Both. v. 883. τόνδ' ἄπλειστον Ald. τήνδ' ἄπλη-

## ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. β'.

τὰν δ' ἄπληστον κακῶν μήποτ' ἐν πόλει στάσιν  
τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν.

885 μὴδὲ πιούσα κόνις μέλαν αἷμα πολιτᾶν,  
δι' ὄργαν πονηᾶς ἀντιφόνους ἄτας  
ἀρπαλίσαι πόλεως.

χάρματα δ' ἀντιδιδόειν  
κοινοφιλεῖ διανοίᾳ,

890 καὶ στυγεῖν μιᾷ φρενί.  
πολλῶν γὰρ τόδ' ἐν βροτοῖς ἄκος.

## ΑΘΗΝΑ.

ἀντισύστ. β'.

ἄρα φρονοῦσα γλώσσης αγαθῆς  
ὁδὸν εὐρίσκεις; ἐκ τῶν φοβερῶν

στον Turn. τάνδ' ἄπληστον Vict. τὰν δ' ἄπληστον Rob. et recentt. μῆτ' pro μήποτ' Rob. v. 884. ἀπεύχομαι Reg. L. ἐπαύχομαι Rob. πολιτῶν pro βρέμειν Turn. v. 885. μῆδ' ἐπὶ θυσακόνις Ald. πολιτῶν Ald. Turn. v. 886. δι' ὄργαν ποιναῖς, ἀντιφόνους ἄτας, ἀρπαλίσαι πόλεως vulg. δι' ὄργαν ποιναῖς ἀντιφόνους, ἄτας, ἀρπ. dedit Mueller. δι' ὄργαν πονηᾶς ἀντιφόνους ἄτας ἀρπ' emend. Pauw. recep. Herm. Schuetz. v. 888. ἀντιδοῖεν vulg. ἀντιδιδόειν exh. Med. Guelph. Rob. et recentt. v. 889. κοινοφελεῖ vulg. κοινοφελεῖ Ald. Wellauer. Dind. Mueller. κοινοφιλεῖ emend. Herm., quem secuti sunt Schuetz. Both. Schwenck. v. 892. ἄρα vulg. ἀρὰ Pears. ἡ ἄα Wakef. ἄρα Herm. Schuetz. Wellauer. Dind. Mueller. φρονοῦσι — εὐρίσκει vulg. φρονοῦσιν Guelph. Ald. φρονοῦσης Rob. prob. Wellauer. εὐρίσκεις conj. Rob. φρονοῦσι — εὐρίσκειν Pauw. Heath. Wakef. Schwenck. Glasg. Dind. εὐφροσύνη — εὐρίσκει Both. φρονοῦσ' εὖ — εὐρίσκεις Buttler. ἄρτι φρονοῦσ'

τῶνδε προσώπων μέγα κέρδος ὄρῳ  
 τοῖσδε πολίταις. τάσδε γὰρ εὐφρονας  
 εὐφρονες αἰεὶ μέγα τιμῶντες,  
 καὶ γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι  
 πρέψετε πάντως διάγοντες.

895

## ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ γ'.

χαίρετε, χαίρει' ἐν αἰσιμαῖσι πλούτου.  
 χαίρει' ἀστικὸς λεῶς, ἵκταρ ἤμενοι Διὸς,  
 παρθένου φίλας φίλοι,  
 σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ.  
 Παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς ὄντας ἄζεται πατήρ.

900

εὖ — εὐρίσχεις Burgess. φρονοῦσαι — εὐρίσχεις emend. Herm. Schuetz. φρονοῦσα — εὐρίσχει Mueller. v. 895. εὐφραναι Ald. εὐφρώνως Rob. v. 896. αἰ Ald. Rob. Glasg. Wellauer. Dind. Mueller. v. 897. καὶ γῆν καὶ πόλιν ὀρθοδίκαιον vulg. Unus Cod. teste Herm. exhibet ὀρθοδίκαιοι, unde καὶ γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι scripsit. Olim receperat tantum ὀρθοδίκαιοι, servato καὶ γῆν καὶ πόλιν, eumque secutus est Schuetz. v. 898. πάντες vulg. πάντως teste Herm. unus Cod. exh. et sic scrips. Herm. Schuetz. Both. v. 899. χαίρει' ἐν αἰσιμαῖς πλούτου vulg. χαίρετε χαίρει' Turn. Heath. Schuetz. Herm. Wellauer. Mueller. χαίρει' ἐν αἰσιμαῖσι conj. Buttler. excluso vocabulo πλούτου. — χαίρει' ἐναισίμῳς πλουτῶν Burgess. χαίρει' ἐραιοσιμαῖς Ald. Turn. χαίρει' ἐν αἰσιμαῖς Vict. ex Faehs. Reg. L. Rob., qui tamen in Erratis ἀζημαῖς legi jubet; et ἀζημαῖς recep. Heath. olim Herm. Schuetz. χαίρετε χαίρει' ἐν αἰσιμαῖσι πλούτου conj. Wellauer. legit nunc Herm. χαίρετε χαίρει' ἐν αἰσιμαῖς πλούτου ded. Wellauer. et Mueller. v. 900. ἀστικὸς vulg. ἀστικός Ald. Rob. Turn. Wellauer. Dind. Mueller. ἀττικός Erotian. Lex s. v. ἵκταρ, prob. Both. ἵκτ' ἀρ' Ald. v. 901. παρθένους Guelph. Ald. Erotian. l. c. v. 903. δ' omit-



## ΑΘΗΝΑ.

ἀντισύστ. α'.

χαίρετε χῦμεις· προτέραν δ' ἐμὲ χρῆ  
 905 στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσιν  
 πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπόμπων.  
 ἴτε καὶ σφαγίων τῶνδ' ὑπὸ σεμνῶν  
 κατὰ γῆς σύμεναι, τὸ μὲν ἀτηρὸν  
 χώρας κατέχειν, τὸ δὲ κερδαλέον  
 910 πέμπειν πολεως ἐπὶ νίκη.  
 ὑμεῖς δ' ἡγεῖσθε, πολιτσοῦχοι,  
 παῖδες Κραναοῦ, ταῖσδε μετοίκους.  
 εἴη δ' ἀγαθῶν  
 ἀγαθὴ διάνοια πολίταις.

## ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστρ. γ'.

915 χαίρετε, χαίρετε δ', αὐθις ἐπανδιπλοῖζω.  
 πάντες οἱ κατὰ πτόλιν δαίμονές τε καὶ βροτοί,

---

tunt Guelph. Ald. Turn. v. 904. δέ με vulg. δ' ἐμὲ Wakef. Glasg. Herm. Schuetz. Dind. v. 905. vulgo post ἀποδείξουσιν plene interpungitur. Emend. Herm., ut edidi. v. 906 προπομπὸν vulg. πρόπομπον ex Faehs. Reg. P. προπομπῶν Bentl. Stanl. Tyrwh. Heath. Wakef. Glasg. Wellauer. Dind. Mueller. προπόμπων Herm. Schuetz. Both. v. 908. σύμεναι Guelph. Ald. δύμεναι Turn. ἀτήριον vulg. ἀτηρὸν emend. Bentl. et recentt. omnes. v. 911. ἡμεῖς Med. (sed in marg. ὑμεῖς). Reg. L. Rob. v. 912. μέτοικοι Med. Reg. L. et ex Faehs. Reg. P. Guelph. Ald. Rob. var. lect. ap. Steph. v. 915. χαίρετε δ' αὐθ' ἐπιδιπλοῖζω Both. χαίρετε χαίρετε δ' αὐθις, ejecta voce ἐπιδιπλοῖζω, Buttler. ἐπιδιπλοῖζω uncis incl. Glasg. Dind. quod primus facere voluit Pauw. prob. Schwenck. improb. Herm. de

Παλλάδος πόλιν νέμον-  
τες· μετοικίαν δ' ἐμὴν  
εὖ δέβοντες, οὔτι μέμψεσθε συμφορὰς βίου.

## ΑΘΗΝΑ.

αἰνῶ τε μύθους τῶνδε τῶν κατευγμάτων, 920  
πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελασφόρων  
εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους  
ξὺν προσπόλοισιν αἵτε φρουροῦσιν βρέτας·  
τοῦμὸν δικαίως. ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς  
Θησῆδος ἐξίκοιτ' ἂν εὐκλεὲς λόχος 925  
παίδων, γυναικῶν, καὶ στόλος πρεσβυτίδων.  
\* ἀνδρῶν τε. ταύτας δ' Εὐμενίδας καλουμένας\*  
φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασιν

vers. spur. p. IX. χαίρει, ἔπος διπλοῦν οἷω Burgess. χαίρετε,  
χαίρετε δ' αὖθ' ἐπιδιπλοῖζω conj. Wellauer. ἐπιδιπλοῖζω exh.  
omnes Codd. ἐπιδιπλοῖζω Glasg. olim Herm. Schuetz. Both.  
prob. Lobeck. ad Phryn. p. 616. χαίρετε, χαίρετε δ' αὖθις,  
ἐπιδιπλοῖζω vulg. χαίρετε, χαίρετε δ' αὖτ' ἐπιδιπλοῖζω ded.  
Mueller. χαίρετε, χαίρετε δ', αὖθις ἐπανδιπλοῖζω nunc emend.  
Herm. v. 919. εὐσεβοῦντες Guelph. Ald. Rob. μέμψησθε Guelph.  
v. 920. αἰνῶ δὲ vulg. αἰνῶ γε Pears. αἰνῶ τε Herm. Schuetz.  
Mueller. κατευγμάτων Ald. v. 921. τι pro τε Rob. φέγγει  
Guelph. Ald. Rob. v. 922. ἔνερθεν Rob. v. 923. πρὸς πόλοι-  
σιν Ald. φρουροῦσι vulg. φρουροῦσιν Rob. Glasg. Hermann.  
Schuetz. Both. Schwenck. Dind. Mueller. v. 925. Θησῆδος  
vulg. Θησεῖδος Valck. ad Eurip. Phoen. 268. Θησῆδος Wakef.  
Glasg. Herm. et recentt. omnes. v. 927. φοινικοβάπτους Ald.  
φοινικόβαπτος Turn. ἐν δυτοῖς Ald. ἐνδυτοὶ δ' conj. Wakef.  
olim Herm. Schuetz. Both. Punctum, quod vulgo legitur post  
πρεσβυτίδων sustulit Wellauer. Lacunam post v. 926. statuit  
nunc Herm. Eam ego sic explevi, ut ad sensum videatur  
quam aptissimum: ἐσθήμασι vulg. ἐσθήμασιν Herm. Schuetz.  
Both. Schwenck.

AESCHYLI EUMENIDES.

τιμᾶτε, καὶ τὸ φέγγος ὀρμάσθω πυρὸς,  
 ὅπως ἂν εὐφρων ἦδ' ὁμίλια χθονὸς  
 930 τὸ λοιπὸν εὐάνδροισι συμφοραῖς πρέπη.

## ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

στροφὴ α'.

βᾶτε δομῳ, μεγάλοι φιλότιμοι  
 Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες, ὑπ' εὐθύφρονι πομπᾷ.  
 εὐφραμεῖτε δὲ, χωρίται.

ἀντιστροφ. α'.

γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοισιν  
 935 τιμαῖς καὶ θυσίαισι τύχῃ τε περισέπτα.  
 εὐφραμεῖτε δὲ πανδαμί.

---

V. 928. τιμᾶται Guelph. Ald. ἐρμάσθω Ald. v. 930. εὐ-  
 ἀνδροισιν Guelph. Ald. Rob. Turn. Vict. πρέπει Ald. Quod  
 sequitur carmen, antistrophicum esse primus vidit Herm., eum-  
 que secuti sunt recentt. editores. Ego ex novissima ejus com-  
 positione edidi. v. 931. Choro assignatus est hic cantus in  
 Med. Reg. L. Ald. Turn. βᾶτ' ἐκ δόμων vulg. βᾶτ' ἐν δόμῳ  
 Med. Reg. L. et ex Faehs. Reg. P. Guelph. Ald. Rob. βᾶτε  
 δόμον conj. olim Herm. recep. Schuetz. Both. Burgess. prob.  
 Buttler. et Schwenck. βᾶτε δόμῳ emend. Wellauer. Dind. Muel-  
 ler. nunc Herm. v. 932. ὑπενθύφρονι Ald. v. 933. χωρεῖτε  
 vulg. quod jungunt cum sequentibus. χωροῦσαι conj. Henr.  
 Voss. χαίρουσαι ded. Schuetz. Both. πανδαμεί, ut in antistro-  
 pha, scribendum existimavit Schwenck. χωρίται emend. Herm.  
 Burg. Well. Dind. Muell. v. 934. ὠγυγίοισι vulg. ὠγυγίοισιν  
 ex Faehs. Reg. P. Herm. v. 935. περισέπτα τύχαι τε Reg.  
 L. τύχαι ex Faehs. Reg. P. περίσεπτα τύχαι τε Guelph. περι-  
 σεπτά, τύχας τε Ald. περισέπτα τύχῃ τε Rob. περίσεπτα τύ-

στροφῇ β'.

Ἰλαοι δὲ καὶ τᾷδ' εὐφρονες γᾶ  
 δεῦρ' ἴτε, σεμναί, σὺν πυριδάπτω  
 λάμπα τερόμεναι καθ' ὁδόν.  
 ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

940

ἀντιστροφ.

σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἐνδᾶδες οἴκων  
 Παλλάδος ἀστοῖς. Ζεὺς ὁ πανόπτας

χαις τε Turn. θυσίαις περισέπται, τύχα τε vulg. τιμαῖς καὶ  
 θυσίαις πυρισέπταις τε τύχαισιν dedit olim Herm., quem se-  
 cut. Schuetz. καὶ τιμᾶς θυσίας τε τυχοῦσαι περισέπται Both.  
 καὶ τιμᾶς θυσίας τε τύχοι' ἂν περισέπται conj. Henr. Voss.  
 τιμαῖς καὶ θυσίαις περισέπταις τε τύχαισιν Schwenck. καὶ  
 τιμαῖς περισέπται θυσίαις τε τύχα τε Burgess. θυσίαις πε-  
 ρίσεπται τετύχησθε dedit Mueller. θυσίαις πυρισέπτορι τύχα  
 τε nunc conj. Herm. Ego, quod proxime accedit ad librorum  
 scripturam, dedi. v. 936. πανδαμὶ vulg. πανδαμὶ Guelph.  
 ex Faehs. Reg. P. Ald. prob. Blomf. in gloss. ad Sept. Th. 284.  
 recep. nunc Herm. v. 937. εὐθύφρονες γᾶ vulg. τᾷδ' εὐφρο-  
 νες γᾶ emend. nunc Herm. Ἰλαοι δὲ κατ', εὐθύφρονες γὰρ  
 Both. Ἰλαοι δ' οἴκοις κενθύφρονες γᾶ Burgess. v. 938. σεμ-  
 ναί, πυριδάπτω vulg. σεμναί, καὶ π. conj. olim Herm. Schuetz.  
 σεμναί, σὺν π. nunc Herm. v. 939. λαμπάδι vulg. λάμπα  
 emend. Herm. τερόμεναι. καθ' ὁδόν δ' ὀλολ. vulg. τερό-  
 μεναι καθ' ὁδόν. ὀλολ. emend. Boissonad. Herm. v. 940.  
 ὀλολύξατε Ald. ἐπιμολπαῖς Rob. μόλπαῖς Schuetz. v. 941 sqq.  
 σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἐνδαιδες οἴκων. Παλλάδος ἀστοῖς  
 Ζεὺς πανόπτας. οὕτω μοῖρά τε σ. vulg. Ego edidi, ut nunc  
 Herm. emend. σπονδαὶ δ' ἐστόπαν ἐνδᾶδες οἴκων. Παλλάδος  
 ἀστοῖς ὁ Πανόπτας οὕτω Μοῖρά τε σ. dedit Mueller. ἐνδαι δ'  
 ἐς Ald. Turn. ἐνδᾶδες Rob. ἐς τὸ πᾶν olim ded. Hermann.  
 σπονδᾶ δὲ τύπων ἐνδαιδων Both. σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν καὶ

οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβα.  
 ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

---

δαῖδες εἰσιν Burgess. παντόπτας Med. Rob. Punctum post  
 πανόπτας sustulit jam olim Herm. Schuetz. Both. Schwenck.  
 Mueller. οὔρια pro οὕτω conj. olim Herm. secutusque est  
 Schuetz. ὄντως pro οὕτω conj. Both. μοῖρα τε vulg. Μοῖρά τε  
 Rob. Herm. Both. Schwenck. Dind. Mueller.

---

# C O M M E N T A R I U S.

---



## COMMENTARIUS.

V. 1. **I**nitium tragoediae, quod facit Pythias, est quietum et tranquillum, idque sapienter institutum a poeta, ne spectatoris animus statim nimis commoveatur, sed paullatim ad horrores, qui sequuntur, videndos praeparetur. Non possum probare, quod putat MueLLerUS, Aeschylum in his ad deos precibus manifesto id simul egisse, ut ex iis, quae de Pythii oraculi origine ejusque diversis possessoribus tradita essent, omnes irae rixaeque semoverentur. Neque enim ullo modo poetae consilium fuit, ut consentientes inter sese redderet diversas fabulas; immo initio tragoediae et solemnibus precibus non conveniebat commemoratio rixarum et longa enarratio factorum, quae huic oraculo accidissent. Quod si fecisset, fecisset, quae postea Euripides, cujus prologi sane nostris mythologis perplacent. At veteres poetae non mythologiae causa fecerunt carmina sua, sed tantummodo ea utebantur, quemadmodum iis aptum videbatur, adeoque immutabant traditas fabulas, quoties ipsorum ratio ac consilium postulabat. Pindarus contra, quem Muellerus decessisse ait de principio suo, quo deos inter sese pugnantem describi non oportere existimasset, tantum abest ut vituperandus sit, quod, aliam fabulam secutus, Terrae pugnam



cum Apolline de oraculo commissam tradat, ut ita putandus sit rem convenienter instituisse poetae lyrico, cujus mos non est, sibi constituere regulas, quibus ingenium tanquam vinculis coerceatur.

V. 3. Particula *ὁῖ* ea affirmat et accuratius significat, ad quae posita est, possumusque eam saepe patrio sermone interpretari *naemlich*. Ut enim Graecas particulas recte explicemus, saepenumero aliae Germanis usurpandae sunt, quod quum Muellerus non considerasset, talem interpretationem particularum ridiculam reddere tentavit. H. l. *ὁῖ* ad relativum pertinet et significat causam, qua mota Pythias Themidem potissimum secundam invocaverit. Cf. *Devarius* de Part. Gr. p. 63. ed. Klotz.

V. 5. *Θεούσης* sc. *Θέμιδος*. Aeschylus quum prolixius indicet, volentem sorori Themidem tradidisse oraculum, id nulla alia de causa poeta fecisse existimandus est, quam ut declaret, qua ratione Phoebe soror in dominium ejus venerit, quippe quae non idem jus habuerit, quod Themis, quae a matre hereditarium accepit. Ne quis igitur audientium miretur, quo factum sit, ut sororis regnum ad sororem perveniret, dicit Aeschylus, id cum utriusque voluntate, neque ullius alius offensione (*οὐδὲ πρὸς βίαν τινὸς*), factum esse. Eadem fere de Apollinis successione valent. Nunquam autem Aeschylus pluribus verbis res exponit, quam quae desiderantur.

V. 6. *καθέζετο* sc. *τὸ μαντεῖον*, ut v. 3., i. e. *ἐν τῷ μαντεῖῳ*. Tertia insedit huic oraculo.

V. 7. *δίδωσι* sc. *τὸ μαντεῖον*. Oraculum Phoebe dedit Phoebō natale donum. Consueverunt enim veteres, filias octavo, pueros fere nono die circa focum ferre,

liberosque ostendere propinquis suis, qui iis munera offerebant. Simul infantibus nomina, plerumque avi, imponebantur. Interpretes laudant Servium ad Terent. Phorm. I, 1, 12. *Solebant enim in illo octavo die dare puero amici vel bovem vel ovem vel aliud munus.* Vid. v. 59. De δ' ἢ v. Buttm. med. Gr. Gr. §. 126. 1. 2. 3. Matth. Gr. Gr. max. §. 286. p. 737.

V. 8. „Aeschylus, qui multus est in paronomasiis observandis, vult Phoebum ut Oraculum ita et nomen a Phoebe derivasse. Latona enim Phoebes filia, filius Latonae Phoebus. Φοῖβος igitur παρωνύμως ἀπὸ τῆς μάμμης Φοίβης, ut loquitur Eustathius; ἀπὸ Φοίβης μάμμης νομικῶς ὡς Ἡσίοδος, inquit Etymol. Negat id recte dictum Sylburgius: Φοίβη enim non avia Phoebi est, sed avi soror, soror videlicet Saturni, Coeli et Terrae filia, ut Apollodorus initio libr. I. et Hesiodus Theog. v. 136. memoriae prodiderunt. Haec ille adversus sententiam veterum minus recte. Phoebe enim non tantum avi soror, sed etiam avia; avi quidem ex patre soror, ex matre autem avia. Phoebe enim mater Latonae, Latona Phoebi. Et hic notandus veterum Graecorum ritus, ut liberi scilicet proximorum cognatorum nomina acciperent. Demosthenes contra Boeotum de nomine, ἀξιοὶ δὲ αὐτὸς ὡς δὴ πρεσβύτερος ὢν τοῦ νομῆ ἔχειν το τοῦ πατρὸς πάππον. Et ibid. Ἔστι δ' ὁ Βοιωτὸς ἀδελφοῦ τῆς τούτου μητρὸς ὄνομα. Ἐπειδὴ δὲ εἰσάγειν ὁ πατὴρ τούτους ἡναγκάζετο — οὕτω τοῦτον εἰσάγειν Βοιωτόν. Vide etiam Polyaeum Strateg. VI, 6. Qui ritus a Graecis ad Romanos derivatus est. Suetonius Neronis c. 6. *Futurae felicitatis signum evidens lustrico die exstitit. Nam C. Caesar rogante sorore, ut infanti ei quod vellet nomen daret, intuens*

*Claudium ejus dare se dixit.* Verum haec Aeschylea Phoebi etymologia non placet Heraclidi in allegoriis Homericis.“ STANL.

V. 9. „*λίμνη* non est, ut Abreschius putabat, *mare*, sed *palus Deliaca*, ad quam Apollo natus erat, et *Δηλίαν χοιράδα* Aeschylus non de universa insula Delo, sed potius de *Cyntho monte* intelligi voluit. *λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα* dictum est pro *λίμνην καὶ χοιράδα Δηλίαν*. Ejusdem paludis Deliacae mentionem facit Callimachus Hymn. in Del. v. 261., qui eam *τροχόεσσαν* appellat et *περιηγῇ λίμνην*. H. in Apoll. v. 59. item Eurip. Jone v. 267. et Iphig. Taur. v. 1103. *Τροχοειδῇ* vocatam esse, auctor est Herodotus lib. II, c. 170., ubi cf. doctissimi Larcheri notam, versionis T. II, p. 507.“ SCHUETZ.

V. 10. *ἄκται ναύποροι αἱ Παλλάδος* sunt Athenae; *ἄκται ναύποροι* s. *ναυσίποροι* sunt litora, quae naves legunt, litora circumnavigata, navibus frequentata. Significat igitur: *quum Phoebus appuisset Athenarum oras*.

V. 11. *Παρνησοῦ θ' ἔδρας*, proprie *ad sedem Parnassi*, i. e. ad radices Parnassi, ad Parnassum montem. *ἐς τήν δὲ γαῖαν, χαριζόμενος Ἀθηναίοις, καταχθῆναι φησιν ἐκεῖσε Ἀπόλλωνα, ἀγκέειν τὴν προπομπὴν αὐτῷ εἶναι. ὁ δὲ Πίνδαρος, ἐκ Τανάγρας τῆς Βοιωτίας, Schol. Vid. v. 13.*

V. 13. *παῖδες Ἠφαίστου. οἱ Ἀθηναῖοι. Θησεὺς γὰρ τὴν ὁδὸν ἐκάθρε τῶν ληστῶν· καὶ ὅταν πέμπωσιν εἰς Δελφοὺς θεωρίδα, προέρχονται ἔχοντες πέλεκεις, ὥς διημερώσοντες τὴν γῆν.* Schol. „Ubique Athenas celebrandi occasionem captat Aeschylus, ideoque hic artificio summo Apollinem ab Atheniensibus de-

ductum commentus est, ut pompa, quam Delphos mittebant, tam egregia et celebri origine niti videretur. Pindarus vero in laudem patriae suae ex Tanagra Boeotiae, ut observat Scholiastes noster, deduci finxit. Verum cum nostro convenit Ephori historia apud Strabonem, lib. IX. καθ' ὃν χρόνον τὸν Απόλλωνα τὴν γῆν ἐπιόντα ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τε τῶν ἀνημέρων καρπῶν καὶ τῶν βίων ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφούς ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν ἣ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι." STANL. Vulcani filii vocantur Athenienses, quod ex Erichthonio ducunt originem. Muellerus citat Hesych. s. v. Ἥφαιστιάδα.

V. 16. Δελφός τε. „Aeschylus sine dubio voluit Delphum quendam fuisse illius loci regem; a quo scilicet urbi nomen; nam observat Pausan. Phoc. p. 321. Δελφὸν δὲ εἶναι ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστίν. Et p. 322. Οἱ μὲν δὲ γενεαλογεῖν τὰ πάντα ἐθέλοντες, παῖδα εἶναι Δελφοῦ Πύθιν, καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος γενέσθαι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἡγῆνται. A Delpho ergo Delphi, a Pythe Pytho. Ipse Schol. paulo ante ex Epaphrodito: Μελαίνης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Δελφός, ἀφ' οὗ Δελφοί." STANL.

V. 17. 18. Constructio est: Ζεὺς δὲ, κτίσας νιν ἔνθεον τέχνης φρένα, ἵζει νιν τέταρτον τόνδε μ. ἐν θρόνοις. Significat κτίζειν cum duplici accus. ποιεῖν, τιθέναι (ut v. 14.). ἔνθεον τέχνης idem est quod μεστόν θείας τέχνης. φρένα autem est accusativus, quem dicunt, remotioris objecti, abundanter fere additus. Sic v. 88. μὴ φόβος σὲ νικάτω φρένας. Vid. Matth. Gr. Gr. max. p. 942. (§. 421. n. 5.)

V. 19. Locus est classicus. „Virg. Aen. III, v. 250—252.

*Accipite ergo animis, atque haec men figite dicta  
Quae Phoebus pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo  
Praedixit.*

Ubi Servius: *Notandum Apollinem, quae dicit, a Jove cognoscere.* Et Macrobius Saturn. V, 22. *Affirmo doctissimum vatem etiam in hoc Aeschylum eminentissimum tragoediarum scriptorem secutum, qui in fabula quae Latina lingua „Sacerdotes“ inscribitur (nempe Ἰέρειαι) sic ait:*

*Στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατήρ  
Ζεὺς ἐγκαθ' αὐτὸν Λοξίας θεσπίσματα.*

Et alibi, hunc ipsum locum innuens :

*Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας θεός.*

*Ecquid clarum factum est, inde sumpsisse Virgilium, quod Apollo ea vaticinatur, quae sibi Jupiter fatur?“*  
STANL.

V. 20. τούτους — φοιμιάζομαι i. e. οὗτοι εἰσιν οἱ θεοί, οὓς ἐν εὐχαῖς φοιμιάζομαι· nempe Terram, Themis, Phoebe, Apollinem. Muellerus ex ipsis sacerdotis verbis manifestum esse putat, Pythiam has preces fecisse ante magnum templi altare, cujus quae Euripides Jon. V, 1403. commemorat ξόανα Terra, Themis, Phoebe, Apollo fuerint; Pythiam enim hos potissimum deos, tanquam ipsos praesentes, precibus coluisse, et tum demum caeteros invocasse deos. Cujus conjectura non mala quidem; sed recte animadvertit Hermannus, hoc ex Pythiae verbis pro certo statui non posse; nam neque de altari quidquam monere poetam neque opus esse, ut de altari aliquo cogitetur, quum consentaneum sit, sacerdotem, oracula sacra percepturam, eos primos et praeter caeteros deos adprecari, quorum

in potestate oraculum ab ipsius origine usque ad hoc tempus fuerit, et postea se convertere ad reliquos.

V. 21. *Παλλὰς Πρόνοια*. Sic Hermannus. Libri omnes et Schol. habent *Προναία*, quod quum Minervae templum ante hoc Apollinis templum positum fuisse notum sit, praeferendum censet Muellerus. Hermannus hanc vocem *Προνᾶ* scribendam esse monuit; assentitur quidem Muellerus, sed usum obtinuisse ait, ut scriberetur *Προναία*; et Jonici certe *Προνητή* dicunt. Aliis locis libri manuscripti modo *Προναία* modo *Πρόνοια* exhibent, et videtur haec Minerva, ut E. Rueckertus in libro *Dienst der Athena* p. 78. statuit, priori tempore appellata esse *Προναία*, postea autem *Πρόνοια*, quum non tam de externa specie quam de ingenio et sapientia Minervae cogitaretur.

V. 22. „*Κωρυκίς πέτρα*, interprete scholiaste *Παρνασσός*, sed minus recte; additur enim *κοίλη*, ut intelligatur *ἄντρον Κωρύκιον*, quod non erat poetae praetereundum; est enim omnium, quae notatu digna, maximum; observante Pausania. Nymphas autem illic veneratur Pythia tum quod nomen sortitum sit a Nympha (λέγεται δὲ καὶ ἄλλος διάφορος λόγος τῷ πρότερον, Ἀπόλλωνι ἐκ Νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκωρον, καὶ ἀπὸ μὲν Λυκώρου πόλιν Λυκώρειαν, τὸ ἄντρον δὲ ὀνομασθῆναι τὸ Κωρύκιον ἀπὸ τῆς Λύμφης, Paus. Phoc.); tum quod Nymphis cum Pane potissimum haberetur sacrum. Ἱερὸν δὲ αὐτὸ οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν Κωρυκίων τε εἶναι Νυμφῶν καὶ Πανὸς μάλιστα ἤγηνται, Paus. ibid.“ STANL. Schuetzius addit locum Strab. lib. IX. Ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσός, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία τιμώμενά τε καὶ ἀγιστευό-

μενα· ὧν ἐστὶ γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον  
Νυμφῶν ἄντρον, δμώνυμον τῷ Κιλικίῳ.

V. 23. φίλορνις vocatur locus avibus amatus, avi-  
bus frequens. δαιμόνων ἀναστροφῇ, locus, in quo  
dii versantur, deorum habitaculum, deorum diverticulum.

V. 24. Βρόμιος — χῶρον. Stanl. comparat Eu-  
rip. Iph. Taur. v. 1213. ed. Herm.:

τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ  
Παρνάσιον κορυφάν.

Constat enim, ex duobus Parnassi verticibus alterum  
Baccho sacrum fuisse. De Penthei interitu conf. Eurip.  
Bacch. v. 1110. sqq. et Ovid. Met. III, 715. sqq.

V. 26. λαγὼ δίκην leporis modo vel potius more,  
ut v. 111.; δίκην enim accusativus in adverbii notio-  
nem transiit, ut χάριν et aliae voces. Dicitur etiam  
κατὰ δίκην. Sic alias apud Aeschylum τοῦ δίκην i. e.  
quam ob causam. V. Buttm. Gr. Gr. med. p. 311.  
§. 115. 4. — μόρον καταρῥάπτειν proprie est  
mortem suere, i. e. mortem struere, machinari, in-  
ferre, interficere.

V. 27. Πλείστου — κράτος. „Post Corycias  
Nymphas Plistum invocat; illae enim hujus fluvii filiae,  
ut refert Apollon. II, 713.

Πολλὰ δὲ Κωρυκταὶ νύμφαι Πλείστοιο θύγατρεις.

Nihil tritius apud poetas veteres, quam fluviorum invo-  
catio. Noster in Suppl. v. 1003. ed. Wellauer.

μηδ' ἔτι Νέλλου

προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις.

Non sine ratione etiam Neptunum invocat, cujus prius  
fuerat urbs Delphi, donec eam Calauria (Taenaro, ut  
Strabo) permutaverat. Callimachus:

Μέσση Καλαυρείης ἦλθεν ἐς ἀντίδοσιν.“ STANL.

V. 29. ἔπειτα, his precibus rite peractis.

V. 30. Ordo verborum est: καὶ νῦν δοῖεν μὲ τυ-  
χεῖν μακροῦ ἄριστα τῶν πρὶν εἰσόδων. Wakefieldus in-  
terpretatur: *felicior ingressus* (εἰσόδος) *prioribus con-*  
*tingat mihi*; vel ut pressius Tragici verba sequamur:  
Et nunc quidem precor, ut haec numina, quae invo-  
cavi, hunc ingressum superiorum longe faustissimum  
esse velint.

V. 31. 32. καὶ — τινὲς, sc. πάρεισιν, si qui  
Graecorum adsint oraculum consulturi. — ἔτων πάλω  
λαχόντες, hi accedant sorte sortientes, accedant ordine,  
qui sortito iis obtigit, ut moris est. Rem exposuit  
Spanhemius ad Callimach. in Apoll. v. 45. ita: quum  
olim ac diu quidem, notante id Plutarcho Q. Graec.  
p. 292., semel tantum in anno et stata quadam die,  
postea singulis mensibus liceret Delphicum oraculum  
consulere, tum adventante die, sorte electi e Delphis  
primates viri, qui Tripodi Delphico adstarent, ibique ab  
iis sortes jacerentur, quinam et quo ordine ex iis, qui  
nomina tum Delphis ad consulendum oraculum, oblati  
prius pro more donariis, ediderant, essent admittendi.  
Quod factum solemnī illa formula, quae a Simplicio tra-  
ditur, lib. II. Physic. p. 75., et a Kuehnio ad Ael.  
Var. Hist. p. 245. erudite animadversa. Δελφοῖς δὲ  
καὶ προκατῆρχεν ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν, ᾧ Τύχη καὶ Λο-  
ξία τίνι θεμιστεύεις. *Delphis etiam primum locum*  
*(Fortuna nempe) in interrogationibus tenuit: o For-*  
*tuna et Apollo cuinam respondes s. vaticinaris?* Ubi  
vero sors exiisset, ei cui illa obtigerat, tum laxatis  
templi foribus et mactata prius ad aram ove, patebat.  
in sacellum ejusdem aedis aditus.

V. 33. Sensus est: vaticinia eo ordine pronantio,



quo deus Apollo me duxerit. Legem ab Phoebō constitutam non negligit, sed vaticinatur duce deo, qui sortes consulentibus dirigit. His dictis templum ingreditur Pythias, redit tamen brevi tempore, Furiarum adspectu exterrita.

V. 35. ἔπεμψεν me emisit, ire me jussit, abire me coëgit, me pepulit.

V. 36. σωκεῖν significat *ισχύειν*, *viribus valere*; ἀκταίνειν βάσιν autem est *attollere gradum*, den Fuss aufheben vel die Fuesse fortsetzen, bewegen. ἀκταίνειν explicant veteres interpretes μετεωρίζειν, ὑψοῦν, ἐπαίρειν, κουφίζειν. Vid. Ruhnk. ad Tim. lex. Plat. p. 20. — Caeterum Codd. omnes exhibent στάσιν, quod quum ἀκταίνειν στάσιν non quadret, fuerunt qui cum σωκεῖν conjungerent ea constructione, quae διὰ μέσου vocatur: ὥς μήτε σωκεῖν, μήτε μ' ἀκταίνειν, στάσιν. Sed sic ἀκταίνειν non habet quo referatur; et praeterea Muellerus recte animadvertit, hic illi constructioni locum non esse, quae ibi tantum conveniat, ubi quis animo commotus aliquid gravius profert et media inter verba aliquid, quod minoris momenti est, inserit. H. autem l. non standi sed pedes movendi facultatem potissimum respici necesse esse.

V. 37. Jam non utitur pedibus sed manibus, quum per terrorem fractae sint vires pedum. Erravit Schuetzius, quum τρέχειν non satis aptum judicaret; est enim vox propria, quum quis pedibus viam facit, neque celeritatis notio respicitur. Infantes non possunt ποσὶ τρέχειν sed quadrupedum more incedunt: iisque se nunc comparat Pythias vetula, metu improvisi spectaculi facta imbecilla. ἔξεισι τετραγμένην τετραποδὴδὸν ἐκ τοῦ νεώ. Schol.

V. 38. οὐδὲν sc. ἐστὶ, tremebunda enim anus nihil est, nihil valet. De μὲν οὖν vid. *Devar.* de Gr. Part. p. 125. ed. Klotz.

V. 39. πολυστεφεῇ μυχόν recessus multis coronis redimitus. Pythiados tripus enim et sacellum Apollinis laureis coronis ornabantur. Schuetzius commemorat Eurip. Jon. v. 224. δόμος Φοίβου στέμμασιν ἔνδυτος.

V. 40. ἐπ' ὀμφαλῷ. „Delphos in medietullio orbis terrarum situs ideoque *terrae umbilicum* dictos, tralatitium est. Loca multa Pindari, Euripidis, aliorum de ea re congestit Barnes. ad Eurip. Jon. l. l. Hic autem *sedes marmorea* intelligitur, in Apollinis sacello, quam ferebant ipsum medium terrarum punctum s. centrum obtinere. Sic Paus. Phoc. p. 331. ed. Kuhn. Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν, λίθου πεποιημένον λευκοῦ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ, καὶ ἐν ᾧδῃ τιμὴ Πίνδαρος ὁμολογοῦν τὰ σφισιν ἐποίησεν.“ SCHUETZ. — Θεομυσῇ, propter scelus adversus deos invisum, piaculo in deos contaminatum, sceleratum hominem. Videbat enim ad primum adspexit Pythias, hunc hospitem caedis culpa contaminatum advenisse.

V. 41. προστρόπαιον, ἱκέτην Schol. προστρόπαιος significat et eum, qui προστρέπεται, ut h. l., et eum, ad quem quis προστρέπεται. Sic etiam ἱκτορες et supplices vocantur et dii, quibus supplicatur. Vid. v. 118.

V. 42. νεοσπαδὲς fuisse τὸ ξίφος Pythias ex eo collegisse putanda est, quod Orestem manus sanguine stillantem videret.

V. 43. ὑψιγένητος κλάδος proprie ramus qui alte natus est, ramus altissimus h. e. in arboris

vertice proguatus, ubi plerumque pulcherrimi crescunt surculi.

V. 44. λήνει μεγίστῳ, lana maxima, i. e. *multa lana* (mit einem grossen Stueck Wolle). Explicationis causa additum est ἀργῆτι μᾶλλον. Frustra haec verba conjecturis tentarunt viri docti.

V. 50. Ad γεγραμμένας — φερούσας requiritur subjectum; deest autem, non solum contra omnem sermonis elegantiam, verum etiam contra usum linguae. Itaque ante hunc versum aliquid excidisse certissimum est. Vidit hoc primus Wakefieldus, et cum eo consentiunt Hermannus, Schuetzius, Schwenckius. Contra Wellauerus, quem secutus est G. Dindorfus, et Muellerus nihil desiderant, putantes illi quidem, festinanter loqui Pythiam, quae quum dicere debuisset, se aliquando pictas vidisse Harpyias, quibus Furias compareret, si alatae essent, statim cogitans de illo artificio, nomen Harpyiarum omiserit. Sed quae laudant exempla ejusmodi negligentiae, omnia sunt aliena, quum in iis subjectum vel simile aliquid aut praecedat aut ex verbis sequentibus intelligendum sit. Wakefieldus quidem eonjecit: εικάσω τύποις, οὐδ' Ἀρπυιάισι· τὰς γὰρ ἐπτερωμένας εἶδον etc. In quo versu Schuetzius quum secundam in Ἀρπυιάισι sedem corripi posse dubitaret, sic putabat legendum esse: ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἀρπυιάισι, τὰς γὰρ ἐπτερούς εἶδον etc. Hermannus autem plura excidisse arbitratur et Pythiam explicasse, cur Eumenides non viderentur similes esse Gorgonis, et deinde fere perrexisse: ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἀρπυιάις προσεικάσαιμι νῦν εἶδον etc. Hanc sententiam non quadrare ait Muellerus, quum fieri non possit, ut Furiis dicatur dissimilis esse Harpyiarum imago, antequam

Pythia de earum imagine cogitaverit. Aptè contra eum Hermannus contendit, bene fieri posse, ut quis; dum cogitet de imagine, statim imaginem alienam iudicet, postea causam ostendens, cur alienam iudicaverit. Ego vero statuo, non opus fuisse, ut Pythia significaret, cur Gorgonis non similes essent Furiæ, quum inter se dissimillimæ esse viderentur. Furias enim solum propter ipsarum terribilem adspectum appellabat Gorgonas, sed quum statim intellexisset, nullam fere inter has et Furias intercedere similitudinem, alias quaerebat formas, cum quibus compararet, quas viderat mirabiles feminas. Excidisse igitur puto unum tantum versum, et quum Pythia indicet, quibus in rebus Harpyias abhorrere ab Furiarum formis, colligendum est, has Furiis simillimas visas esse Pythiæ. Itaque mihi non dubitandum videtur, quin sententia eorum quæ exciderunt fuerit: *se malle illas comparare cum Harpyiis*, quas olim pietas viderit; verum ipsas Harpyias esse non posse, quum feminae, quas in templo adspexerit, non alatae sint et aliis in rebus dissimiles Harpyiarum imagini videantur.

V. 51. De γε μὴν vid. Devar. Part. Gr. p. 55. ed. Klotz. et cf. v. 768.

V. 54. λείβουσι — λίβα. Sic bene Muellerus scripsit ex Burgess. emendatione; λείβειν λίβα; quod etiam de libationibus dicitur, significat omnino *fundere fluidum quoddam*, destillare virus. Noster Choeph. v. 1053. ed. Well. ἐξ ὀμμάτων στάξουσιν αἷμα δυσφιλές.

V. 55. 56. καὶ κόσμος — δίκαιος, h. e. καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἐστὶ δίκαιος φέρειν οὔτε ἐν ταῖς ἱεροῖς, οὔτε ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων στέγαις. Cf. Buttm. Gr. Gr. med. §. 140. 3. „Qualis fuerit amictus scenicus

**Furiarum, ex Strabone discimus, qui lib. III. de Cassiteridibus insulis agens:** τὰς δ' ἄλλας, inquit, οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδῆρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας, ἔξωσμένοι περὶ τὰ στέρνα μετὰ θραβδῶν περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποινᾶς· discimus etiam ex Diog. Laert. in Menedemo Cynico, οὗτος (καθὰ φησιν Ἰππόβοτος) εἰς τοσοῦτον τερατείας ἤλασεν, ὥστε Ἐρινύος ἀναλαβὼν σχῆμα περιήει, λέγων ἐπίσκοπος ἀφίχθαι ἐξ ἄδου τῶν ἀμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιῶν ταῦτα ἀπαγγέλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν. Ἦν δὲ αὐτῷ ἡ ἐσθῆς ταύτη. Χιτῶν φαίος ποδῆρηξ, περὶ αὐτῷ ζώνη φοινικῇ· πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα, ἐμβάται τραγικοὶ, πῶγων ὑπεργέθης, ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη.“ STANL. Conf. Mueller. Eumen. p. 181 — 186. et quae contra eum monet Hermannus, Opusc. Tom. VI, P. II. p. 206. 207.

V. 57. τῆς δ' ὀμιλίας, ὀμιλία h. l. est ὄμιλος, λόχος, et significat *coetum* (Gesellschaft). Nunquam vidi genus hujusce societatis, hujusce catervae. Male Muellerus interpretatur: non vidi populum, qui cum his agat commercium.

V. 58. οὐδ' ἦτις αἶα, h. e. οὐδ' ὅπως αἶαν, ἦτις ἐπεύχεται τοῦτο γένος τρέφουσα.

V. 59. μὴ — πόνον, μεταστένειν c. accus. struitur, *poenitere alicujus rei*. Ita ut ipsam non poeniteat laboris. Hom. Odys. IV, 261. αἶτην δὲ μετέστενον, ἣν Ἀφροδίτη δῶκεν. De Infinitivo v. Buttm. Gr. Gr. med. §. 140. 4. Libri exhibent πόνων, quod correxerunt Arnald. et Herm., quam correctionem non valde requiri ait Muellerus, secutus Wellauerum. Is enim putabat, quum στένω interdum regeret Genitivum, etiam μεταστένειν sic posse conjungi. Sed compositum

μεταστένειν ut μεταμέλεισθαι, quamvis et μέλεισθαι saepe reperiatur cum genitivo, semper construitur aut cum accusativo aut cum dativo aut cum praepositione aliqua. Cf. Matth. Gr. Gr. max. §. 426. p. 952.

V. 62. ὦτε εἴτε θεραπείας χρεία, ἰατρός ἐστιν, εἴτε μαντείας, τερατοσκόπος, εἴτε καθαρμῶν, καθάρσιος. Schol.

V. 63. καὶ τοῖσιν ἄλλοις, πόσω μᾶλλον τῶν ιδίων; Schol. Cf. Mueller. Eum. p. 147.

V. 64. ἐπιφανεῖς Ἀπόλλων συμβουλευεῖ Ὀρέστη κα-  
ταλιπεῖν μὲν τὸ μαντεῖον, φυγεῖν δὲ εἰς Ἀθήνας. Schol.

V. 65. καὶ πρὶς δ', de καὶ δὲ particulis con-  
junctis vid. Buttm. Gr. Gr. med. §. 149. p. 433.

V. 68. ὁ ρᾶς ὅπνῳ· πεσοῦσαι δ' librorum le-  
ctionem servant Schwenckius et Hermannus. Sensus  
enim est: Vides jam somno captas esse hasce mulieres;  
lapsae jam sunt hae seniles puellae. Somno prostratae  
cecidérant. Ad πεσοῦσαι autem intelligitur εἰσίν, ut  
participium non raro pro verbo finito ponitur, quum  
indicetur aliquid fieri vel factum esse, quod diu durans  
cogitatur. Soph. Oed. T. v. 1526. ὅστις οὐ ζήλω πο-  
λιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων, sc. ἦν Vid. Herm. ad Vi-  
ger. p. 770. Carere igitur possumus aliorum conjectu-  
ris, quum vulgata lectio et bonum et aptum sensum  
praebeat.

V. 69. Pro γράϊαι conjecit Valckenarius Νυκτός,  
conjungens cum παῖδες, idque recepit Schuetzcius, nec  
improbat Hermannus, quum γράϊαι ab interprete quo-  
dam profectum videatur. Haec conjectura mihi propterea  
displicet, quod Apollo, si indicaret Furiarum originem,  
honorificum aliquid de iis praedicaret, quum tantum  
earum dedecus et terribilem naturam significaturus sit.

Quare Furiarum senectutem exprimit per duo verba; adeo et ipse verborum sonus κύραι γραῖται, παλαιαὶ παιδεις exquisitus videtur. Aeschylus enim est in delectu verborum diligentissimus poeta.

V. 70 — 73. Conf. v. 325 — 370.

V. 74. ὁμῶς δὲ. Schuetzius male interpretatur ita: „quamvis te quaesituras et persecuturas Erinnyas denuntiaverim, tu tamen eas fuge nec animo succumbe.“ Hic enim est nexus sententiarum: *quamvis ego tibi sim auxiliator, et tu Furias jam domitas videas et soppore victas, tamen fuge neque remitte animum; fuga enim servaberis, ubi multo errore jactatus et a Furiis pulsus perveneris Athenas.*

V. 76. βεβῶτ' ἄν' αἰεὶ τῇ ν. Sic facillima conjectura emendavit Hermannus. Praepositiones interdum adeo apud prosaicos quoque scriptores per vocabulum sejunguntur a substantivis. Herm. commemorat Plat. Legg. VIII, p. 832. C. ἀλλ' ἀκόντων ἐκοῦσα ἄρχει σύν αἰεὶ τινι βίῃ. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 595. p. 1399. Libri plerique nostro l. habent βεβῶτ' ἄν αἰεὶ, duo βεβῶντ' ἀνατεῖ. Muellerus conjecit ἀλατεῖ vocabulum ad sensum frigidum et contra analogiam formatum.

V. 78. Sensus est: ne fatigeris in hoc labore sustinendo. Proprie: ne ante fatigeris huncce demulcens laborem.

V. 85 — 87. Sententia horum versuum, quam Schuetzius et Muellerus non bene expresserunt, haec est: *O rex Apollo, tu quidem scis, quid justum sit quidve minus, et quoniam scis, ne neglige quidem illud. Intelligit autem se Orestes, ut qui injuste non egerit, Apollini obsecutus, et quoniam sciat, ipsum non peccasse, rogat, ne se negligat a Furiis in vin-*

*dictam pulsum. Apollinis enim potentiam tantum valere, ut rem ad bonum eventum perducatur.*

V. 90. 91. *κάρτα — ἴσθι*, „et cognominis tui, quo te *Ἰομαῖον* salutant homines, omen imple, ut hunc supplicem meum clientem fidus deductor comiteris. *ποιμαίνων* h. l. non solum est *curans*, sed metaphora a pastoribus ducta i. q. *comitans*.“ SCHUETZ.

V. 92. 93. Vulgo legitur *τόδ' ἐκ νόμων σέβας* sine bono sensu. Hinc *σέβει τοι Ζεῦς, τόδ' ἐκνέμων σέβας, ὁρμώμενον* etc. coniecit Heathius, quem secuti sunt Schuetz et Muellerus probante Schwenckio, totam rem ille de dignitate Mercurii, qua Juppiter eum deorum nuntium et hominum esse voluit, intelligendam arbitratus. Ad sententiam quidem bene, ad constructionem autem durum, qua *ὁρμώμενον* pro masculino ab *σέβει* pendens accipiendum esset. Praeterea *ἐκνέμων* h. l. nimis quacsitum videtur. Quae animadvertens Hermannus *ἐκνόμως* scripsit, similiter interpretatus atque Homericum *ἐξαίσιον* (Odys. XVII, 577.) et Aristophanicum *ἐκνομίως*. Haec enim vocabula, ut nostrum *ausserordentlich*, significant *admodum, sehr*, etsi proprie majorem vim habere videntur, quam communi sermone revera habent. Herm. commemorat Agamemn. v. 1452., *σταθείς' ἐκνόμως*. Sensus igitur est: *summi aestumat Juppiter hocce tuum honorificum munus, appropinquans illud hominibus secundis auspiciis.*

V. 95 — 98. *ἐγὼ ἀπητιμασμένη ἄλλ. ἐν νεκροῖσιν*, sc. *εἰμί*. Sunt enim nominativi quos dicunt absoluti. Jam verba *ὧν μὲν ἔκτανον* et quae sequuntur, causam continent, cur Clytaemnestra *ἀπητιμασμένη* sit a Furiis. Quare proprie dici oportebat, *ὧν μὲν γὰρ ἔκτανον*. Clytaemnestra autem vehementer mota, nulla



causali addita particula, quomodo dedecore adfecta sit et a quibus, statim eloquitur.

Caeterum hoc loco ipsi Muellero accidit, quod Hermannus imputat, ut non perspiceret sententiarum nexum. Hermannus enim cum Tyrrwh. et Wakef. scripsit ὦν μὲν ἔκτανον. Libri autem Mss. habent ὥς μὲν ἔκτανον, quod servans Muellerus cum aliis interpretatur: *quod ipsa quidem occidi, hoc opprobrium me inter mortuos non deficit*, ratus, sic tantum bene his verbis opponi παθοῦσα δ' οὕτω (v. 100.) etc.: *quod autem ego a meis liberis interfecta sum, nemo ulciscitur*. Quam sententiam Hermannus iudicat primum huic loco ineptam esse, quum nihil referat, Clytaemnestram vocari in Orco interfectricem, deinde ingenio Clytaemnestrae haud respondere, quippe quam factae caedis non magis quam in Aesch. Agamemnone poeniteat, tum denique falsam esse, quoniam interfecisse non opprobrium sit interfectorumque multi in Orco versentur. Porro quod παθοῦσα δ' verbis ὥς μὲν ἔκτανον melius opponatur quam ὦν μὲν ἔκτανον, ne id quidem verum esse demonstravit Hermannus, quum ut ἔκτανον et παθοῦσα sic etiam ὦν et τῶν φιλτάτων optime sibi respondeant. Explicat autem Hermannus verba ὦν μὲν ἔκτανον ὄνειδος ἐν φθοιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται, quae Muellerus non intellexisse videtur, ita: *opprobrium ab iis, quos occidi, nunquam me inter mortuos relinquit, erroque inhonesta*. Clytaemnestram enim queri, se desertam et contemptam esse inter mortuos, non quia quidam ab ipsa interfectus sit, ut multi multos interfecerunt, sed quia ab ipsa ut mariti interfectrice Agamemno ceteraeque umbrae sese avertant. Sic optime Hermannus, cuius sententia etiam confirmatur, quum considerave-

rimus, poetam non dicere, Clytaemnestram debonestatam tantum vivere inter mortuos, sed vexari opprobriis. Addit enim clare: *ἔχω μεγίστην αἰτίαν κείνων ἔπο*, quibus verbis sententia verborum *ὄνειδος ὧν μὲν ἔκτανον οὐκ ἐκλείπεται* graviore vi iteratur, quaeque minime quadrarent, si poeta scripsisset *ὡς μὲν ἔκτανον*. Interfectrix denique semper manet et vocatur Clytaemnestra ab mortuis, opprobria tamen desinunt, quando etiam is, qui ipsam interfecit, justa poena affectus est. Itaque (v. 95.) adeo Furiis imputat, sese adhuc in Orco debonestatam et opprobriis affectam vivere, ut quae ipsam, somno deditae, non ulciscantur ab Oreste.

V. 103. Hermannus praeclare emendavit *καρδίας ὄθεν*. Tum sensus est: *vide unde haecce vulnera cordis*. Studet enim Clytaemnestra, ut chorum, commemorata impia caede, ad vindictam de Oreste sumendam impellat. Maxime enim momenti est, ut chorus moneatur, quis tantum facinus perpetraverit, nec solum cernat facinus. Quam Muellerus servat librorum nonnullorum scripturam: *ὁρᾷ δὲ πληγὰς τὰςδε καρδία σέθεν* ideo improbo, quod non ita instigatur chorus, ut sit ex Hermanni emendatione, et quod *καρδία ὁρᾷ*, ut Hermannus monuit, de eo, qui per somnium videt, recte dici non potest, quamvis notum sit, cor per somnium angi. Neque jure dubitat Muellerus, quin hic *πληγαὶ καρδίας* recte ostendantur, quum v. 520. vulnus collo inflictum commemoretur. Poetarum enim haec est libertas, qui talibus in rebus non cogantur, veluti iudices ante tribunale in iis, quae semel relata sunt, consistere. Quod si necessarium esset, etiam quaeri debere, cur illic una tantum, hic plures *πληγαὶ* significarentur, apte animadvertit Hermannus, adeo addens,

quod supervacaneum erat, gladium collo perfosso cor vulnerare potuisse.

V. 104. 105. *μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν*, ut ex plerisq. Codd. vulgo legitur, interpretantur: *interdiu mortales non posse praevidere*. Id ineptum esse vidit Muellerus, quoniam de hominibus idem quod de Furiis, quae sunt deae, dici non possit. Hermannus autem vulgatam explicari non posse dixit nisi sic: *interdiu fatum hominum praevideri non posse*, quum *μοῖρα βροτῶν* pro *βροτοὶ*, ut volunt, nemo facile intelligat. Conjecit igitur *φρενῶν* pro *βροτῶν*, Muellerusque id se verum existimaturum esse fatetur, si *ταῖς φρεσὶν* ut deis, hominibus singulisque omnino personis *μοῖραν* tribuere liceat, ac si verisimile sit, *φρενῶν* cum *βροτῶν* a librariis commutata esse. Cui Hermannus respondit, *μοῖραν* esse omnino sortem, et *μοῖραν* posse habere omnia, quibus sors possit obtingere, ergo animi quoque et mentem. Commutari autem a scribis haec vocabula facile potuisse, quoniam creberrime oculis occurrant; in psychologia igitur quum causa commutationis quaerenda sit, alia signa esse non posse, ex quibus talis commutatio probabilis videatur.

Caeterum de somniantium visis adnotat Stanlej. haec: Cicero de Divinat. I, 1. *Cum est somno sevocatus a societate et contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura providet*. Idem Plato lib. IX, de republ., cujus verba latine reddidit Cicero *ibid.* c. 29. In eandem sententiam abit Aristoteles lib. *περὶ τῆς κατ' ὕπνον μαντικῆς* c. 2. Recte igitur Peripateticis hoc dogma tribuit Aelianus, rationemque ab iis traditam adducit Var. hist. III, 11. *οἱ Περὶ πατητικοὶ φασὶ μεθ' ἡμέραν θετεύουσιν τὴν ψυχὴν*

τῷ σώματι περιπλέκεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν θεωρεῖν. νύκτωρ δὲ διαλυθεῖσαν τῆς περὶ τοῦτο λειτουργίας, καὶ σφαιρωθεῖσαν ἐν τῷ περὶ τὸν θώρακα τόπῳ, μαντικωτέραν γενέσθαι, ἐξ ὧν τὰ ἐνύπνια. Porro Aeschylum hanc sententiam, ut et plerasque alias, e fonte Pythagorae hausisse nullus dubito. Cf. Jambl. in ejus vita c. 15.

V. 107. „Sophocl. Oed. C. 100. οὐ γὰρ ἂν ποτε πρώταισιν ὑμῶν ἀντέκυσ' ὁδοιπόρων νήφων αἰολοῖς, ad quem locum Scholiastes: αἰολοῖν οὖς αὐτὰς λέγει, ὅτι οὐ σπένδεται οἶνος αὐταῖς ἀλλ' ὕδωρ. Διὸ καὶ νηφάλiai καλοῦνται αἱ σπονδαὶ αὐτῶν. Ita senes Attici Oedipum docent, quomodo placandae sint Eumenides: πρώτων μὲν ἱερὰς ἐξ αἰριδύτου χοῆς κρήνης ἐνέγκου. Et rursus: ὕδατος, μελίσης, μηδὲ προσφέρειν μέθυ. Mulsum enim sive aquam cum melle Eumenidibus sine vino libabant.“ STANL. νηφάλiai μελίγματα, ut νηφάλiai θυσαί apud Suidam, cujus locum cum hoc nostro comparavit Jacobs ad Anthol. Vol. III, p. 1. p. 151.“ SCHUETZ. Cf. Mueller. Eum. p. 180.

V. 108. νυκτίσεμνα. „Compositum arbitror ab Aeschylo vocabulum νυκτίσεμνα, non ut in Ald. et Rob. editione, in νυκτὶ σεμνὰ disjungendum. Νυκτίσεμνα dicuntur sacrificia, quae eo ipso, quod noctu fiunt, augustiora sunt, et sacrum quasi horrorem incutiunt.“ SCHUETZ.

V. 109. ὥραν — θεῶν, ὥραν ἐν ᾗ οὐδεὶς τῶν θεῶν ἱκοινῶναι τῆς θυσίας ὑμῖν. ἐν γὰρ τῷ μεσονυκτίῳ μόναις Ἐρινύσιν ἀπάρχονται. Schol. De accus. temporis v. Matth. Gr. Gr. §. 425. 2.) a., et cf. Lobeck. ad Soph. Ajac. v. 34. p. 84. ed. 2.

V. 111. δίκην, v. ad v. 26.

V. 113. ἐγκατιλλώψαι, καταμυκτηρίσαι Hesych.

V. 114. 115. Muellerus interpunxit: ἀκούσαθ', ὥς ἔλεξα, τῆς ἐμῆς περὶ ψυχῆς· φρονήσατ', et interpretatus est: *audite, quemadmodum dixi, de anima mea; ut dixi, ita audite me.* Fritzschi et Hermannus Graece sic non recte dici notant; ὥς *nam* significat. Sensus igitur est: *audite me, nam dixi de anima mea, considerate* etc. Bene addit Muellerus: περὶ ψυχῆς ὁ ἀγών ἐστιν, ut dicunt oratores; et de περὶ ψυχῆς conferri jubet Hom. Odys. IX, 423. πάντας δὲ δόλους καὶ μῆτιν ὕφαινον, ὥστε περὶ ψυχῆς· μέγα γὰρ κακὸν ἐγύθεν ἦεν.

V. 116. Sensus est: *Nam ego Clytaemnestra, quae nunc umbra sum, vos invoco;* ἔγω γὰρ Κλυταιμῆστρα ὄναρ νῦν οὔσα καλῶ ὑμᾶς. Nam ὄναρ h. l. significat σκιά, *umbra* (ein Traumbild), ut Aesch. Suppl. v. 865., quem locum commemorat Hermannus. Erravit h. l. Muellerus et quodammodo etiam Hermannus. Muellerus, quum ὄναρ cum aliis interpretaretur *in somnio*. Hoc vidit Hermannus, ipse autem erravit, quum ὄναρ sic dici putaret, ut simul significaretur contemptus Clytaemnestrae, utque esset *umbra vana et contempta*. Nam contemptus nullo modo conjunctus est cum ὄναρ vocabulo; ὄναρ etiam potest esse umbra honestissima, licet hoc quidem loco sit umbra contempta, sed ita tantum, ut contemptus aliunde casu accedat, et causam contineat, cur Clytaemnestra umbra Orcum reliquerit, invocatura Furias. Furiae enim ingratas se praebent Clytaemnestrae, quae per vitam eas saepe honoravisset atque sacris dapibus mactasset, nunc autem, quum mortua sit, negligatur ab eis. Opponitur igitur Clytaemnestra viva mortuae, vel homini um-

bra, nulla tamen ignominia. Cur Hermannus hoc non viderit, et adeo ex Muellero quaesiverit, unde cognitum habeat, Clytaemnestram viventem saepe invocasse Furias, quod ipsa v. 106 — 109. claris verbis dixerat, nescio et vehementer miror.

V. 118. *προσίκτορες* significare h. l. *deos tutelares* vidit Schwenckius et Muellerus. Vulgo legitur φίλοις γάρ εἰσιν οὐκ ἐμοῖς προσίκτορες, quod servavit Muellerus cum Wellauero interpretatus: *amicis*, \**qui non sunt mei, sunt dii tutelares*, h. e. *homines, qui ab aliis quidem amantur sed non a me, habent deos tutelares*; amari autem ab Apolline et Mercurio, qui tutores sint Orestis. Hanc sententiam contorte expressam esse notavit Hermannus, praeterea inepte additum ideoque frigidum esse: *sed non a me*, atque adeo tautologiam quandam continere verba: *homines, qui amantur ab Apolline et Mercurio, habent tutores Apollinem et Mercurium*, praesertim quum nemo quisquam aliquem tueatur, quem non amet. Probat igitur, quod Schuetzius coniecit: φίλοι γάρ εἰσιν οὐκ ἐμοὶ προσίκτορες, et ipse iudicat, una mutata litera, verisimilius legendum esse: φίλοις γάρ εἰσιν, οὐκ ἐμοὶ, προσίκτορες, *amicis quidem s. cognatis, sed non mihi, sunt dii tutelares*, h. e. Orestem quidem, sed non se, habere deos patronos. Huic optimae emendationi duo argumenta opponit Muellerus; primum contra totius tragoediae rationem fieri, si Clytaemnestra putetur sibi *προσίκτορας* optare, h. e. deos, ad quos supplices se convertunt, quia notio τοῦ ἐκέτου, ab Aeschilo certissimis terminis expressa, in umbram, vindicias petentem, non quadret; deinde autem contra linguae usum peccari ait, si φίλοι, amici, omnino pro *cognatis* habeantur;

nam quum conqueratur Clytaemnestra, interfectori ipsius Oresti tutelam contingere, nullo commemorato matris et cognatorum amoris vinculo, hunc ab ea amicum appellari non posse. Cui ad primum Hermannus haec respondit: notionem τοῦ ἐκέτης non solum ab Aeschylō verum etiam a ceteris omnibus auctoribus propterea tam certo terminatam esse, quod fere homines, qui vivunt, supplicari soleant, et singulari casu accidat, ut etiam umbra mortui cujusdam preces faciat, non ut tutelam personae suae nanciscatur, quippe quae jam mortua sit, sed ut jus suum persequatur, et in casu quidem, qualis hic sit, ubi umbra in lucem prodeat, sui vindictam. Contra alterum argumentum haec profert: in plerisque sane locis, ubi φίλοι *cognatos* significet, quum inimici esse intelliguntur, amorem quodammodo respici, qui intercedere debeat, sed non intercedat. Sic Sept. ad Th. v. 954. Eumenid. v. 331. At nequaquam necesse esse id hanc vocem semper significare, et ut φίλοι non raro sine ullo amoris respectu *cognatos* significet, sic apud Soph. Elect. v. 516., loco huic simillimo hanc vocem legi, ubi de amore minime cogitari possit:

ἀνειμένη μὲν, ὡς ἔοικας, αὖ σιγέει.  
οὐ γὰρ πάρεστι Ἀγισθοῦς, ὅς σ' ἐπεῖχ' αἰεὶ  
μή τοι θυραῖαν γ' οὔσαν ἀσχύνειν φίλους.

Praeterea Hermannus ait, pro φίλοις etiam ἐχθροῖς a poeta dici potuisse, sed quum libri praebeant φίλοις, id credere debeamus hac sententia posuisse poetam: *cognati quidem mei, sed non ego, quamvis et ipsa ex hac stirpe nata sim, habent deos, qui se tueantur*. Optimum ego vocavi hanc emendationem Hermanni propterea, quod inde sensus prodit longe aptissimus; nam non satis erat ex vulgata dici, Orestem habere deos, qui

ipsum in tutelam recipiant, sed etiam maxime opportunum et consentaneum erat, ut Clytaemnestra se vindicibus carere diceret, quo magis Furiae ad vindictam sumendam impellerentur.

V. 120. *φονεὺς δ' Ὀρ.*, hoc non ad Furias, sed queritur tantum apud se Clytaemnestra, Orestem, interfectorem ipsius, effugisse.

V. 121. Vulgo *ῶξεις; ὑπνώσσεις*; legitur, quod Muellerus in *ῶξεις ὑπνώσσουσ'*; mutavit. Id probat Hermannus, non tamen opus esse hac conjectura ratus, si scribatur mutata interpunctione *ῶξεις· ὑπνώσσεις*; Nec male G. Dindorfius edidit: *ῶξεις, ὑπνώσσεις, οὐκ* etc.

V. 122. *τί οὖν μέλλεις τὸ σὺν ἔργον ἀνύειν*; Schol. pro *πέπρακται* quae factae sunt conjecturae *πέπρωται, τέτακται*, nihil nisi interpretamenta vulgatae scripturae sunt, ut Aesch. Prom. v. 49. *ἅπαντ' ἐπρώχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν*, ubi alii *ἐπρώθη* et similia conjecerunt. Alias quidem, ut Prom. v. 517. ed. Well., *πέπρωται* legitur. De Furiarum *origine et munere* cf. v. 71 — 73. v. 294 — 308. v. 317 — 360.

V. 123. *κύριοι ξυνωμόται* vocantur qui natura sua inter se conspirare solent.

V. 125. Muellerei conjecturam, qua *φράζου· λάβε, λάβε, λάβε, λάβε, λάβε, λάβε* reposuit, ut trimetrum efficeret jambicum, nimis audacem vocat Hermannus, neque ulla auctoritate munitam neque necessariam esse docuit Opusc. Tom. VI., P. II. p. 35. Dicuntur autem, ut ibidem Herm. monuit, haec verba extra metrum Jamborum, exclamationesque *μυγμός, μυγμός, et ὦγμός, ὦγμός* sibi stropharum et antistropharum modo respondent, quibus ad finem *λάβε, λάβε, λάβε, λάβε, φράζου* tanquam epodus adjicitur. Metrum hujus versus



ἐφθημιμερές esse notat Scholiastes. φράζου significat *animum adverte, cave*, sc. ne Orestes fuga evadat.

V. 127. Carere possumus Schuetzii conjectura ἐκλιπὼν ἄγρας, quam sic defendit: „quum vocabulum πόνος paulo ante v. 123. legatur, idemque et sequentem versiculum claudat, praeterea haud satis apte dicitur canem *laboris curam haud intermittere*, suspicor ab Aeschylo sic editum: μέριμναν οὐποτ' ἐκλιπὼν ἄγρας. Videtur πόνου librario deberi, qui oculis ad sequentis versiculi clausulam aberrasset, ut saepe factum esse constat. Conjecturam nostram firmat v. 142., ubi Chorus: οἴχεται δ' ὁ θήρ. ὕπνω κρατηθεῖς ἄγραν ὤλεσα. Atque ubi apud alios auctores de canum venaticorum somniis agitur, semper fere *praedae* aut *ferae*, quam persequuntur, mentio injicitur. Sic Lucret. IV, 988.

Venantumque canes in molli saepe quiete  
Jactant crura tamen subito, vocesque repente  
Mittunt, et crebras redducunt naribus auras,  
Ut *vestigia* si teneant inventa *ferarum*.  
Expergefactive sequuntur inania saepe  
*Cervorum simulacra*, fugae quasi dedita cernant,  
Donec discussis redeant erroribus ad se.

Sic Petron. c. 104.: Et canis in somnis leporis vestigia latrat.“ Excusatur πόνου per orationis simplicitatem.

V. 128. Errone typograph. supra scriptum est τί δρᾷς; Recte enim Hermannus emendavit τί δρᾷς; h. e. *curasne, an attendis* (machst du Anstalt, wie wird's)?

V. 129. „πῆμα refertur ad Orestis fugam, quae antea v. 119. πάθος dicebatur. Eam vult Clytaemnestra Furias haud ignorare, sed animadvertere.“ Schuetz. Conf. v. 138 — 140.

V. 130. 131. Sensus sic explicat Schuetzius: *fac ut justis hisce opprobriis meis animum cum dolore penetrari sentias. Cordati enim ejusmodi opprobriis tanquam stimulis afficiuntur. Et conferri jubet v. 148 — 153. ἀντίκεντρα, ἴσα μαστίγων* Schol.

V. 132. ἐπουρίσασα τῷ, ἐφορμήσασα τῷ Ὁρέστη. οἰκτιρὼν δὲ τῷ πνεύματι τὸ ἐπουρίσασα. Schol.

V. 133. κατισχνάλινοῦσα, ἐκλεπτύνουσα, πυρετῷ ἀνάλισκονσα Schol. ἀτμῷ explicatur per appositionem νηδὺς πυρὶ, *vapore eum, ventris igne macerans persequere demuoque eum insectando fac marcescere.* „His dictis Clytaemnestrae umbra ex oculis spectatorum evanescit, nec evigilantes Eumenides expectat. Eodem modo Polydori umbra secedit Hecuba adveniente apud Euripidem.“ SCHUETZ.

V. 137. Sensus est: *videamus, si haec incepta persecutio incassa sit.* Expergefactae enim Furiae metuunt, ne, elapso Oreste, opera quam antea dederunt ejus persecutioni, frustranea sit. Videtur autem poeta id simul spectatorum causa dixisse, ut de prooemio tragoediae cogitarent. Alii de solo somnio interpretantur, Furias velle videre, somniumne, quod ipsis praeluserit, vanum sit.

V. 138. Argumentum hujus, qui sequitur, cantus est: Eumenides queruntur, sibi accidisse, ut Orestes effugeret, conferuntque hujus summi mali culpam in Apollinem, qui, ipsarum laesa dignitate et munere ac suo templo contaminato, contra jus deorum sceleratum hominem Orestem adjuverit. Vituperatas autem et maxime se exterritas esse per somnium. Utut autem sit, nunquam liberatum iri Orestem.

Caeterum observandum est, non universum chorum  
AESCHYLI EUMENIDES.

canere, sed singulas tantum ordine Furias. Ubi plena interpunctio facta est, ibi alia occipit Furia canere; unde fit, ut prima strophæ cum antistrophæ inter octo personas dividatur, secunda cum antistrophæ inter quatuor alias, tertia cum antistrophæ inter duas, quæ supersunt, postquam una dixerat versus 135 — 137. Metrum autem hujus carminis constat ex versibus Dochmiacis, quibus Jambi admixti sunt. ἐπάθομεν sc. πάθος τι, quod evaserit Orestes.

V. 142. ἄγραν, τὸν Ὀρέστην, vid. ad v. 127. cf. v. 312. τόνδ' ἀφαιρούμενος πτώκα.

V. 143. παῖ Διὸς, ὁ Ἀπόλλων. ἐπικλοπὸς πέλει, nobis eum eripuisti, furatus es.

V. 144. νέος δὲ γράϊας δαίμονας, „quoniam Eumenides ex antiquiorum deorum ordine erant, sub Saturni regno; Apollo vero ex Jovis familia, expulso demum Saturno regnum adepti.“ SCHUETZ. Vid. quæ docte disputat Muellerus Eumenid. p. 181 sqq. — κα-  
θιππάσω, „saepius utitur hoc verbo Aeschylus, *victoriam per vim aut astutiam de aliis reportatam* significaturus. Vid. infra v. 707. 733. Tu quum juvenis sis novusque deus veteres ætate et genere deas proculcasti, supplicem hunc hominem observans, deorum contemptorem et parentibus infensum; matricidamque nobis furtim eripuisti, quod minime te deum decebat. ὦν θεὸς refertur ad ἄθεον. Mirabile censent, inventum esse deum, qui deorum contemptorem defendat.“ SCHUETZ.

V. 149. δίκαν διφρ. vid. ad v. 26. — ἔτυψεν sc. με, et pertinet ad ὑπὸ φρ. ὑπὸ λ.

V. 150. μεσολαβεῖ, μεσολαβῆς vocatur κέντρον, *quod medium corpus pungit*, h. e. quod gravissime ferit. Imago sumpta est ab *auriga*, qui equos stimulis

caedit, ut dolore affecti celeriter currant. Talem dolorem comparat poeta cum moestitia, quam Furiae ex somnio ceperunt.

V. 152. 153. *πάρεστι ἔχειν* h. e. mihi videor habere, patior, sentio. *μαστικτορος* (qui δάιος δήμιος appellatur) *κρύος* est horror, quem injicit auriga flagellando.

V. 155 — 157. Sensus est: *hoc perpetrant dii juniores* (Apollo potissimum), *qui contra omne jus potentiuntur sanguineo grumo, pedem caputque polluente*, h. e. qui quamquam jus nullum habent, tamen iudices esse volunt interfectoris (Orestis), pedem caputque sanguine contaminati. *τὸ πᾶν δίκας πλέον* est πάντως ἐκτὸς δίκης. Vulgo ante *φονολιβῇ* plene interpungitur et pro *θρόμβον* praebent codices *θρόνον*, ut Apollinis *θρόνος* intelligatur et, nulla posita interpunctione, verbis *γὰς ὀμφαλὸν* (qui sanguine spumante stillabat) accuratius designetur. Apte vero Hermannus et ad sensum et ad parem stropharum rhythmicam responsionem textum constituit; *ποῦς* enim et *κᾶρα* non quadrant ad verba *θρόνον* et *ὀμφαλὸν*, et *μεσολαβεῖ κέντρῳ* dochmiacus dochmiaco *φονολιβῇ θρόνον* non satis accurate respondet.

V. 158. 159. Constructio est: *πάρεστι προσδρακῖν ὀμφαλὸν γὰς βλοσυρὸν ἄγος αἱμάτων ἔχειν ἀρόμενον* (i. e. *ἐπαίροντα* Schol.).

V. 161. *αὐτόσσυτος αὐτόκλητος*, „et tuopte quidem ductu et nutu, tuapte sponte. Hesych. *αὐτόσσυτον αὐτοκέλευστον*. Σοφοκλῆς *Σκυρίοις*.“ SCHUETZ. *αὐτὸς αὐτὸν καλέσας ἐπὶ τῷ μίαναι τὸν ναόν*. Schol.

V. 162. De sensu conf. v. 145. 146. *βρόττα, τὸν Ὁρέστην*, praesertim quum is homo impius et sce-

leratus sit. Non tam certa quaedam lex intelligenda est, quam omnino id ponderandum videtur, deum, qui justitiam colat, non debere defendere eum, qui jus ac pietatem violaverit. Quare Muellerus mihi quidem non videtur apte laudasse Aesch. Prometh. v. 947. μή ἑξαμαρτεῖν εἰς θεοὺς ἑφημέροις πορόντα τιμὰς. Nam de Prometheo, qui munera deorum propria hominibus tradidit, res aliter se habet.

V. 163. De *Parcis* vid. infra v. 656. et 869. et conf. Muell. Eumen. p. 180. sqq. Parcae enim Eumenidibus sororibus, eadem matre ortis, quum nascebantur, officium persequendorum parricidarum demandaverunt. Infringuntur igitur leges earum ac potentia, quum Eumenidum munus ab Apolline, Orestem matricidam defendente, contemnatur.

V. 164. καὶ μοι τε λυπρὸς, mihi ingratus est Apollo, in me quidem saevit. καὶ τὸν sc. Ὀρέστην, Orestem non solvet Apollo.

V. 167. ἔστιν οἷον vid. Devar. Part. Gr. p. 225. ed. Klotz. Buttm. Gr. Gr. §. 150. p. 446.

V. 170. πτηνὸν — ὄφιν, „*sagittae* ab aureo nervo emissae descriptio, cui serpentum adspectus, quibus Eumenidum crines redimitae erant, occasionem dedisse videtur.“ SCHUETZ. τραγικώτερον ὄφιν εἶπε το βέλους διὰ τὸν ἰὸν· πτηνὸν δὲ διὰ τὸ ἐπτερωθῆναι. Schol.

V. 175 — 179. Vulgatam, quam defendit Hermannus, nos quoque recepimus, simulque cum eo post ἀκρωλία gravius posuimus signum interpungendi.. Nam ut κακοῦ χλοῦνις *mali exaggerationem*, non *testium exsectionem* indicare videtur, sic auctore Herodiano, quem commemorat Scholiastes, ἀκρωλία non significat i. q. ἀκρωτηριασμός (*mutilatio*), sed *malorum summam*

*copiam* (σύστημα καὶ ἄθροισμα τοῦ κακοῦ). Hanc significationem quum Muellerus dixisset ideo non aptam esse, quod sequeretur deinde singuli mali commemoratio, postquam de malorum summo cumulo locutus esset Apollo, recte disputavit Hermannus, pleniore posita interpunctione, non incommodum esse, si ad hoc summum nova quaedam pars adjiciatur. Erfurdii conjecturam: σπέρματός τ' ἀποφθορᾷ παιδων κακοῦται χλοῦνις, quam Muellerus recepit, λευσμὸν una cum aliis viris doctis in λευσμὸς mutato, non aequae facilem ad constructionem esse animadvertit Hermannus, praesertim quum χλοῦνις novam substantivi notionem postularret, quae nulla auctoritate confirmatur. Caeterum fortuito factum est, ut in mea hujus tragoediae conversione Germanica vulgatam admitterem horum verborum interpretationem, quod quidem commemorasse haud magni momenti est, quum in illa sententia nihil insit absurdi. Verba denique λευσμόν τε καὶ et quae sequuntur, construe sic: καὶ οὗ μύζουσιν λευσμόν, καὶ οἰκτισμόν πολὺν, ὑπὸ δάχιν παγέντες.

V. 179. ὑπὸ δάχιν παγέντες, „antiquissimum, hoc est vestigium supplicii atrocissimi, et ex usu gentium humanitatis cultu florentium dudum sublatis, quod Germanico *das Spiessen*, gallico *empaler* dicitur, ubi stipite per obscoena secundum spinam dorsi adacto homines immaniter cruciabantur.“ SCHUETZ.

V. 180. Construe: οἷας ἐορτῆς στέργηθρ' ἔχουσαι ἔστ', ἀπόπτυστοι ὑμεῖς τοῖς θεοῖς; — ἐορτῆς εἰρωνικῶς ἀντὶ τοῦ διατριβῆς Schol.

V. 181. πᾶς — μορφῆς, *omnis formae ratio hoc quodammodo indicat*, vel, ut Schuetzii verbis utar, *eo quoque ducit universa species oris vestri*

*corporisque conformatio.* Non est igitur necessarium, ut respondeatis. Similis sententia legitur Prometh. v. 87., ubi Vulcanus corporis formam τοῦ Κράτους cum ejusdem verbis consentientem dicit.

V. 182 — 184. Construe: εἰκός ἐστι τοιαύτας οἰκεῖν ἄντρον αἱματορρόφου λέοντος, οὐ τριβεσθαι μύσος ἐν τοῖςδε πλησίοισι χρηστηρίοις (h. e. ἐν τριβεσθαι, προστριβεσθαι τοῖςδε πλησίοισι χρηστηρίοις μύσος). Tales, quales vos estis, decet habitare in antro leonis, sanguinem sorbentis, non autem oculis hisce vicinis maculam adspergere.

V. 185. 186. Sensus est: *facessite hinc absque pastore pastum euntes*, h. e. sine comite et duce pascentes; *talem enim gregem nemo deorum amat*, ut ejus se ducem praestet.

V. 190. τοσοῦτο μῆκος, „nempe quod antea jam abire eas jusserat Apollo, hac Furiarum professione, qua eum horum omnium unicum auctorem esse declaraverant, commotus quaerit: *qui sic?* iisque donec ad istam quaestionem responderint, manendi copiam facit. Caeterum ridicule Abreschius opinatur, illa quae sequuntur, natis aliis ex aliis quaestionibus in via inter Apollinem et Furias disputata esse, ita ut altercantes sensim Athenas pervenerint. Nunquam profecto scenam vidisse oportebat, qui haec somniare poterat. Quin immo, pronuntiatis ab Apolline versibus 221 — 223, non Furiae solum, sed Apollo quoque spectantium oculis subducebantur; tum scena mutabatur, ut se deinde spectator a Delphis Athenas translatum putaret.“ SCHUETZ.

V. 192. πόλιν — πέμψαι proprie *poenas patriis mittere*, h. e. poenas sumere in vindictam patris.

De *τί μὴν* particulis conf. Devar. de Part. Gr. p. 203. ed. Klotz. Buttm. Gr. Gr. §. 149. p. 440.

V. 193. αἵματος δέκτωρ νέου „est novae caedis defensor ac patronus, qui eam in se recipit. Sic Eur. Jon. v. 478. διαδέκτωρ.“ SCHUETZ.

V. 198. Sensus est: *quis hic honor? Jacta, quaesto, munus hoc praeclarum.* Ironice dicta sunt.

V. 200. 201. Recte Wackefeldus sensum hujus loci sic explicavit: *Quid autem? nonne judicabimus crimen consanguinei sanguinis effundendi adhaerescere mulieri, quae virum suum interfecerit?* Nam, ut Hermannus animadvertit, respicitur excusatio Furiarum, quod Clytaemnestra, mariti interfecitrix, non et ipsa ab iis agitetur, excusatio illa, quam ipsae v. 533. proferunt, ubi partes ante judices disputant, quaeque maximi in ipso judicio est momenti. Itaque male Muellerus cum Schuetzio interpretatus est: *Quid enim? nonne par sit, mulierem quae maritum occiderit itidem a propinquo mutua caede perimi?* Ista enim sententia et ab hoc loco et a totius tragoediae ratione alienissima est. Conf. v. 208 — 212. In Rob. et Turn. invenitur haec personarum designatio:

ἈΠΟΛΛΩΝ.

Τί γάρ; γυναῖκος, ἥτις ἄνδρα νοσφίση, —

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἂν γένοιτ' δμαιοσ ἀυθέντης φόρος.

Et deinde loquitur Apollo. Si vera est haec versuum distributio, quaestio Apollinis nondum finita statim a Furiis occupatur, affirmantibus, talem caedem non esse parricidium, cujus puniendi officium iis demandatum sit. Magis concinna tamen mihi visa est scriptura, quae vulgo exhibetur.



V. 202 — 204. Sensus horum versuum est: *Tum profecto nullo in honore sunt nihilque valent, quae sub auspiciis Junonis jugalis et Jovis junguntur foedera. Quin etiam Venus inhonora abjicitur hoc sermone*, i. e. si quis hoc asserere velit. τῷδε λόγῳ sane quodammodo indicare videtur, versum 201 ab Eumenidibus, non ab Apolline pronuntiatum esse.

V. 205 — 206. Hunc locum Hermannus cum Stanleyo sic interpretatus est: *Torus enim viro et uxori fatalis est, majorque juramento, si justitia munita est*, s. si cum fide servatur. Alii legunt εὐνή γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μορσίμη ὄρκου 'στὶ μέλζων, τῇ δίκῃ φρουρουμένη, in qua scriptura verba ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μορσίμη, quibus gravissima sententia continetur, non ita collocata sunt, ut gravissima esse appareant.

V. 211. 212. „*Alterum enim* (nempe Orestis facinus) *video te aegerrime tulisse, vehementi ob id ira incensam, alterum vero* (Clytaemnestrae) *multo remissius tractare.*“ SCHUETZ.

V. 214. Muellerus cum Wellauero servavit Codicum scripturam οὐ τι μὴ λείπω ποτέ, quae soloece dicta esse demonstravit Herm. ad Eur. Med. v. 1120. et ad Soph. Oed. C. v. 1028. οὓς οὐ μὴ ποτε χάρας πυγόντες τῆςδ' ἐπεύχονται θεοῖς, ubi plerique Mss. ἐπεύχονται indicativum exhibent Hermannusque haec adnotat: „quum illud οὐ μὴ fere semper ad futura referatur, non est mirum, adjungi plerumque vel aoristi conjunctivum, vel futurum. Sed si dicendum est, non esse metuendum, ne nunc, dum loquimur, jam sit aliquid, consentaneum est, praesens adhiberi. Quare sic existimo, aptissime hic legi ἐπεύχονται, hoc sensu: *alii eos persequuntur, quos quod effugerint non est*

*metuendum ne jam diis gratias agant.* Jam enim captos esse debere raptores significat. Quod si ἐπεύχονται vel ἐπεύχονται scribetur, captum iri eos indicaret. Moveat fortasse aliquem optimorum librorum scriptura ἐπεύχονται, ut quaerat an etiam indicativo in tali quidem causa uti liceat. Nam quum in re, quam esse credimus, μή cum indicativo construatur, de quo genere disputavi ad Elmsleji Medeam v. 310. videatur fortasse id etiam in οὐ μή cadere, ut quod sit οὐ ἐνόν, μή. Attamen videtur huic suspicioni illud obstare, quod negativae sententiae alia est quam affirmativae ratio. Ita illud in Hom. Odyss. V, 300. δίδω, μή δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν, est *puto deam vera dixisse, idque metuo*. Jam fac dicere id aliquem οὐ δίδω, erit illud putantis deam non dixisse vera. Is ergo quomodo, quod non putat factum esse, ut factum per indicativum dicere potest? Immo debet ille conjunctivo uti, ut indicet se non metuere, ne sit illud, quod ea ipsa causa, quia non esse credit, non metuit. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 517. p. 1173. sqq. Buttm. Gr. §. 139. 4. p. 390. not.\*\* Muellernus h. l. postquam contra Hermannii sententiam λίπω scribentis contendit, aoristum indicare, *non esse metuendum, ne unquam accidere possit*, quum sensus postulare, *non esse metuendum, ne unquam accidat*, quod quidem exprimi non posset nisi per praesens λείπω, Hermannus ei opposuit, primum quidem non posse per aoristum οὐ τι μή λίπω dici, aliquid *non posse* fieri, deinde quod Muellernus per Germanorum praesens (Es ist nicht zu denken, dass ich jemals von diesem Manne davon bleibe, ihn fortwährend unverfolgt lasse) expresserit, id ipsum esse οὐ τι μή λίπω, non οὐ τι μή λείπω,

quoniam illud nostrum praesens pro futuro adhibuerit.

V. 215. καὶ πόνων — τίθου, „ac nisi satis jam habes molestiarum, plus laboris tibi impone.“ SCHUETZ.

V. 216. Sensum Schuetzius sic explicat: *noli honores meos verbis extenuare*. Nempe hoc eo spectat, quod Apollo Furiarum enixum Orestem persequendi studium, magis in aerumnabilis et servilis laboris loco, quam in parte honorifici muneris divinitus ipsis impositi ponere videbatur.

V. 217. „Tantum abest ut invidiae causa honoribus tuis detrachere velim, ut ne oblatos quidem reciperem.“ SCHUETZ.

V. 220. Hermannus, qui ἀκκυνηγετῶ eleganter emendavit, commemorat Eurip. Jon. v. 1422. ὦ Ζεῦ, τίς ἡμᾶς ἐκκυνηγετεῖ πότμος.

V. 224. Hic pausam fuisse notandum est, dum scena transferatur Athenas. Jam primo conspicitur Orestes solus, Minervae simulacrum circumplectens adprecansque deam. Deinceps apparent Furiae, quae initio quidem Orestem nondum oculis conspiciunt, sed venaticarum canum instar vestigia tantum sanguinis persequuntur, conjicientes, eum non jam procul abesse. Singulae (σποράδην) in scenam prodeunt, ordine quidem sed tamen ita, ut, quod ex sequente cantu intelligitur, septem tantum deinceps Furiae canant, quum reliquae nihil canentes intro se praecipitant. Hac ipsa de causa et quia nimis commoti sunt Furiarum animi, quam ut strophis et antistrophis utantur, quarum ratio tranquillam animi conditionem postulat, non credibile videbatur Hermannō, hoc carmen ex strophis et antistrophis constare, quod Muellerus ita sit necesse esse existimavit,

quāmvīs videret, stropham aliam alia longiorem esse. Quod quum sibi persuasisset, adeo in eam opinionem ductus est, ut putaret, chorū antiquum non solum iustum numerum, verum etiam supernumerarios quosdam pedes vel superpendentes, ut vocat, habere posse. Atque hos pedes arbitrabatur non a singulis personis sed ab universo choro cantatos esse. Ad quae commenta Hermannus recte disputavit, stropharum responsionem, quae antistrophis non respondeat, nullam responsionem esse.

V. 226 sqq. Vulgatam οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα, ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη προστετριμμένον τε πρὸς ἄλλοισιν οἴκοις, καὶ πορεύμασιν βοτῶν etc. retinuit Muellerus, πρὸς adverbii loco positum ratus, ut significaret idem quod πάρος, praeterea (zumal). Cujus sic positae praepositionis exempla desiderat Hermannus, qui optimum iudicavit, transpositis versibus et una mutata litera, μύσος scribi, sic Scholiasten legisse suspicatus. Quae versuum collocatio quum ob alia Muellero, quamquam nihil nominat, displiceat, tum quod neminem aliorum aedibus atque viis existimat purificari posse; certe id ex Graecorum sententia absurdum esse. At male πορεύμασιν interpretatus est viis (durch Wege), quoniam hoc significat *commercio* cum hominibus, βοτοῖσι καὶ θυτοῖς πόροις, quae Oresti contigerant ab hospitibus. Aptè enim commemorat Hermannus v. 415. 416. πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερῶμεθα οἴκοισι καὶ βοτοῖσι καὶ θυτοῖς πόροις. Apparet autem Orestem, antequam Athenas perveniret, diu errasse neque in uno loco caedis maternae piaculum abluisse. Vid. v. 237—240., ubi Furiae eum persecutae esse dicuntur. De Orestis erroribus conf. quae Muellerus Eumen. p. 148. sqq. collegit. ἀφοίβαντον Hesychius explicat ἀκάθαρτον.

V. 234. ἀφθέγκτου, „nempe Eumenides fingunt se tanquam canes venaticas Orestem matris sanguine imbutum et contaminatum hujus sanguinis odore investigare, quo vestigia quoque ejus infecta sentiant. μηνυτήρος ἀφθέγκτου φραδαῖς significat ipsas illas sanguinis notas in Orestis vestigiis impressas, mutas quidem illas, sed tamen viam, qua aufugerit, clare satis indicantes.“ SCHUETZ. Conf. v. 242.

V. 235 — 236. Construe: ὥς γὰρ κύων ἐκμαστεύει νεβρὸν τετραυματισμένον, οὕτως ἐκμαστεύομεν τὸν Ὀρέστην πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν (i. e. πρὸς αἵματος σταλαγμὸν, ex odore sanguinearum guttarum).

V. 237. ἀνδροκμηῇσι, μεγαλοκμηῇσι Schol.

V. 238. πεποίμανται, ποιμαίνειν proprie significat *pascere*, de gregibus, qui locum aliquem pascetes peragunt; deinde omnino est *perlustrare* aliquem locum. Similem metaphoram vidimus supra v. 185. αἰπολεῖσθαι.

V. 240. οὐδὲν ὕστερα νεώς, *nihil nave tardior*. Non puto cum Schuetzio, quem Muellerus secutus esse videtur, certam navem intelligendam esse, qua Orestes Athenas petierit. *Sine alis volantes* dicuntur Furiae, quum v. 51. ἄπτεροι ἰδεῖν describantur.

V. 242. προσγελᾶν dicitur de *suavi* odore, qui naribus adflatur. Argumentum hujus carminis est: gaudent Furiae, quod Orestem investigaverint, decernuntque eum diligenter custodire, poenas minitantes ei gravissimas. Frustra autem eum invocare Minervam; improbissimum ejus facinus esse; sese eum cruciaturas esse ac denique in Orcum ducturas, ubi judex sit acerrimus. Distributio autem hujus cantus inter septem Furias, de qua ad v. 224. jam diximus quamque Her-

mannus instituit, haec est: 1) ὁσμή βροτείων — — 2) ὁ δ' αὐτέ γ' ἀλκὰν — — 3) τὸ δ' οὐ πάρεστιν — — 4) ἀλλ' ἀντιδοῦναι δεῖ — — 5) καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνας' — — 6) ὅψει δὲ κεῖ — — 7) μέγας γὰρ Αἰδης — —. Hanc ejus distinctionem non arbitrio factam esse, declarat sensus. Metrum autem carminis, quod sequitur, constat ex jambis quibus dochmiaci et cretici intermixti sunt.

V. 245. αὐτέ γ' οὖν vulgo legitur, quod tametsi difficile sit intellectu, tamen servari jubet Muellerus, addens, dummodo non γοῦν scribatur, de duabus particulis singulis rationem reddi posse. Hermannus, qui οὖν ut ab imperito quodam metrico profectum, trimetrum efficere volente, eiecit, jure quaerit ex Muellero, cur non reddat hanc rationem.

V. 247. ὑπόδικος — χρεῶν, sic emendavit Hermannus ex Scholiasta, qui ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστέει, πρόςφωξ θέλει γενέσθαι τῆς θεοῦ explicat, lectionem Codicum, qui χερῶν praebent. Muellerus id servans, putat χεῖρ significare h. l. *ipsum facinus*, φόνος, quae notio etiam insit in αὐτόχειρ, παλαμναῖος, εὐχέρεια (Eum. v. 456.); neque vero χρέος idem significare posse, quum tantum sit *usus*, *negotium*, *necessitas* et *debitum pecuniae*, nunquam autem μίσμα, *culpa caedis* vel simile aliquid. In εὐχέρεια vocabulo inesse hanc notionem negat Hermannus, caetera autem, quae attulerit, constare inter omnes. At χρέος significare *omnis generis culpam*, ut videre liceat ex Agamem. v. 444. βαρεία δ' ἀστῶν φάτις ἐν κότῳ· δημοκράντου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος. Ubi igitur *de culpa factae caedis* sermo sit, χρέος, ut nostrum *Schuld*, necesse esse significet *culpam caedis*. Mihi quoque aptius videtur

conjungi ὑπόδικός χρεῶν quam ὑπόδικος χρεῶν. Sententia est: *sanctae deae simulacrum amplexus, vult ire in iudicium culpaē.*

V. 248 sqq. Sensus est: *Hoc fieri non potest; maternus sanguis humi jacet; non tollendus et revocandus, eheu, quando semel in terram effusus periiit.*

V. 251. ῥοφεῖν, de hoc infinitivo vid. Matth. Gr. Gr. §. 532. f. p. 1235.

V. 256. Non necessarium est, ut contra libros scribatur ἄλλος, nam construendum est: ὄψει δὲ καὶ ἕκαστον ἔχοντα ἐπάξια τῆς δίκης, εἴ τις βροτῶν ἤλιτεν ἄλλον, ἢ θεὸν ἢ ξένον etc.

V. 262. δελτογράφω φρενί. „Saepius utitur Aeschylus hac imagine memoriae similitudinem cum pugillaribus adumbrante. Vid. Prom. v. 791. (ed. Well.). Et nostrum hunc locum Euripidi in fragm. Menalippes obversatum esse recte iudicat Jacobsius ad Anthol. Vol. III. P. I, p. 142.“ SCHUETZ. ἐφορᾷ δὲ πάντα, ἀναγραφόμενος αὐτὰ τῇ ἰδίᾳ δέλτῳ. Schol.

V. 263 sqq. ἐγὼ, φησὶ, διδαχθεὶς σὺν κακῷ τῷ ἔμαντοῦ, καὶ οἷον διδασκάλοις χρησάμενος ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς, ἐπίσταμαι καὶ σιγᾶν καὶ λαλεῖν ὅπου δεῖ, ἐκατέρου καιρὸν γινώσκων. Schol.

V. 269. 270. Fritzschi, cui Hermannus assentitur, vidit, male interpunxisse Muellerum post θεοῦ, quam post ὃν comma ponendum esset. Conjungi enim apertum est θεοῦ Φοῖβου, et Orestem dicere: *sanguinem recentem ad Apollinis altare sacrificiis ablatum esse.* — χοιροκτόνοις, „porcorum usus in sacrificiis expiatoriis satis notus est vel ex illo Plauti in Menaechmis Act. II, Sc. 2.

*ME. responde mihi*

Adolescens, quibus hic pretiis porci veneunt

Sacri sinceri? *KC.* Nummo uno. *ME.* En a me accipe!

Jube te piari de mea pecunia,

Nam ego quidem insanum esse te certo scio.

Accedit et Horatianum illud Serm. 1, 3. implet aequis hic porcum Laribus. — Uterque de insanis, qualis hic fuit Orestes, intelligendus.“ *STANL.*

V. 273. De hoc versu non assentior Hermanno, cujus sententiam supra indicavi. Puto enim eum hoc loco recte se habere et finem aptum imponere orationi Orestis. pluribus verbis adseverantis, sese a piaculo parricidii tandem liberatum esse, et deinde pergentis: καὶ νῦν ἀφ' ἀγνοῦ στόματος εὐφύμως καλῶ. Neque male eo Muellerus arbitratur quodammodo indicari, multum tempus praeteriisse, priusquam Athenas pervenerit Orestes, eoque quasi persuaderi spectatoris animo, ut non miretur, quantum temporis intervallum ab Orestis fuga ex oraculo Delphico in hoc templum Minervae cogitandum sit. Nam quidni faciat hoc poeta, si apto et eleganti modo facit? Caeterum hic versus ita comparatus est, ut Aeschylo dignissimus videatur.

V. 278. De Atheniensium et Argivorum rebus v. quae brevi diximus in praefatione ad Germanicam nostram hujus tragoediae conversionem.

V. 279. ἀλλ' εἴτε. „In invocationibus deorum solemne erat diversa loca, quae Dii maxime celebrabant, per disjunctionem adhibita particula εἴτε — εἴτε commemorare. Conf. Aristoph. Nub. v. 270 sqq.“ *SCHUETZ.*

V. 280. Τρίτωνος „Circa flumen et lacum Tritonis Minerva primum virginali habitu apparuisse dicebatur; hinc nomen ei Τριτογένεια, hinc est etiam quod Ca-



tullo *rapidi Tritonis hera* nuncupatur Argon: v. 394.“  
SCHUETZ. Conf. Mueller. Eumen. p. 155.

V. 281. τίθησιν ὄρθον ἢ κατηρεφῇ πόδα.  
Optimam hujus loci interpretationem proposuit Hermannus, ὄρθον πόδα τίθησιν ratus de *erectae deae statione* intelligendum esse, κατηρεφῇ autem πόδα τίθησιν de dea, *cujus pes vestimentis obtectus sit*. Hinc igitur ὄρθος de Minerva, quae oculis hominum conspiciatur, et κατηρεφῆς de eadem, quando non appareat oculis, et nubibus ac nebulis obvoluta sit, metaphorice intelligi, atque ita illo *apertam deae praesentiam, hoc praesentiam, quae oculis non animadvertatur*, notari. Eodem modo locum intellexit de la Porte du Theil, qui visible ou invisible convertit, ut Hermannus commemoravit, qui quodammodo conferri posse ait Soph. Oed. R. v. 419. βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ σκότον, et recte quidem, si tantummodo cogitatur de contrariis, quae sibi ut h. l. opponuntur. Praeterea, ut magis etiam confirmet sententiam suam, laudat Hermannus *Apollinem nube candentes humeros amictum*, et locum Hom. II. V, 185.

οὐχ ὅγ' ἀνευθε θεῶν τάδε μαίνεται, ἀλλὰ τις ἄγχι  
ἔστιν ἀθανάτων, νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους.

Hermannus igitur Muellerum reprehendit, qui ὄρθον πόδα τίθιναι interpretatus est *pedem proponere* (den Fuss vorstellen), κατηρεφῇ πόδα τίθιναι autem *pugnare de curru* (vom Wagen herab kaempfen); eos enim, qui de curru pugnaverint, in curriculari corpore deflexo stetisse, unde Minerva, quia sic steterit, κατηρεφῆς dicatur, quoniam vestimenta ipsius pedes obvolverint. Talem saepenumero describi Minervam in antiquis simulacris, et spectatores postea vidisse, qualis curru

veeta prodierit in scenam. At Hermannus monuit, primum non curru vehi Minervam in scenam (vid. v. 369.), deinde ὀρθὸν πόδα τιθέναι nullo modo posse de *pede* intelligi, *qui erectus proponatur*, ut quod προτιθέναι dicendum fuisset, sed potius illud significare nihil aliud posse, quam *erectum stare*, oppositumque ei esse κάμπειν γόνυ (ut Aesch. Prom. v. 32.); tum vero, quum Minerva fere semper veste usque ad terram dependente obvoluta depingatur, idque bene conveniat Minervae, erecta statione utenti, magis etiam conveniat, quando deflexo corpore stet Minerva, et denique quando sedeat, hoc loco neminem quemquam posse augurari, qualis hic deae statio a poeta designetur. Itaque quum Minerva, quando ὀρθὸν πόδα τίθῃσι, pedem veste obvolutum habeat, et κατηρεφῇ πόδα τίθῃσι de inclinato ipsius corpore intelligi non possit, quoniam res eodem redeat nullumque proprium stationis signum indicetur, nihil aliud superesse existimat Hermannus, quam ut aut κατηρεφῇ πόδα τιθέναι de *sessione* percipiatur, quae significatio eo commendetur, quod tum pedes veste obtectos esse oporteat, et verba ὀρθὸν πόδα τιθέναι contrarium (erectam stationem) notent, aut ut hic locus sic intelligatur, ut supra jam indicavimus.

V. 282. εἴτε — πλάκα, „Aristid. orat. in Minervam: Λέγεται γὰρ ὡς ἐπειδὴ οἱ γίγαντες παρετάξαντο ἐν τῇ Φλεγραῖ Ἐγκέλαδον μὲν καὶ τοὺς ἡγουμενοὺς αὐτῶν κτείνει ἡ θεὸς (Minerva).“ STANL.

V. 284. 285. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 518. 6. p. 1184.

V. 286. Observandum est, jam tres deinceps Furies loqui, primam v. 286 — 289., secundam v. 290. 291., tertiam v. 292. 293.

V. 288. ὅπου φρενῶν, vid. Matth. Gr. Gr. §. 324. p. 796.

V. 289. Vulgo δαιμόνων refertur ad ἀνάλματον βόσκημα. Hermannus eos, qui sic conjungunt, jure rogat, quatenus hae deae sint, quum Furiae non esse dicantur, et languescere vidit, quod adjiciatur, nudum σκιάν. Itaque δαιμόνων σκιάν, interpunctione ante posita, junxit, et interpretatus est *umbram deorum* (*einen Goetterschatten*), quoniam dii sanguinem non habent. Idem commemorat Hom. Il. V, 342. τοῦνεν' ἀνάλμονες εἶσιν.

V. 290. ἀποπύειν λόγους male et inficetē Muel-lerus interpretatus est: *alle Rede von sich spei'n*. Hoc vidit jam Fritzsche. Significaretur enim, ut Hermannus animadvertit, aliquis homo, qui multum et festinanter loquitur, contrarium igitur ab eo, quod hic significandum est: *aversari sermonem* h. e. *prorsus obmutescere*. Nam Furias et ea quae loquuntur contemnere videtur Orestes, quum nihil ad earum minas respondeat, et adeo credibile est, vultum expressisse hunc contemptum suum, ut Soph. Ant. v. 1217. πύσας προσώπων dicitur de eo, qui iram vultu prodit.

V. 293. ὕμνος δέσμιος „*carmen ligatorium*, est ex genere incantationum, quo Furiae Orestem se quasi constricturas et in potestatem suam redacturas esse minabantur. Is ὕμνος δέσμιος incipit v. 309. ejusque quasi prooemium versiculis 294 — 308. continetur.“ SCHUETZ.

V. 294. His anapaestis dicunt Furiae, se velle originem muneris sui narrare, per quod omnes puniantur, qui improbe se gerant; iis autem, qui juste vivant, nihil ab ipsis metuendum esse. Hermannum primum vi-

disse, hos anapaestos ex strophæ et antistrophæ et epodo constare, supra diximus, atque existimat ille, eos aut ab una persona pronuntiatos, aut singulas strophas a singulis Furiis, ergo tribus, recitatas esse. Muellerus autem quatuordecim Furias, et binas quidem, loquentes facit, ut aliae alias excipiant orationemque interrumpant; quæ ratio profecto ita comparata est, ut potius ridicula quam ad chorum antiquum accommodata videatur, praesertim quum Aristophaneum anapaestorum ordinem induxerit. Hoc enim modo rem instituit:

1. 2. ἄγε δὴ καὶ χορὸν ἄψωμεν, ἐπεὶ Μοῦσαν στυγερὰν  
ἀποφαίνεσθαι δεδόχηκεν,
3. 4. λέξαι τε λάχῃ τὰ κατ' ἀνθρώπους ὡς ἐπινωμᾷ σιτάσις  
ἀμά,
5. 6. εὐθυδίκα θ' ἡδόμεθ' εἶναι.

**Μεσφδ.**

7. 8. τὸν μὲν καθαρὰς χεῖρας προνέμοντ' οὐτις ἀψ' ἡμῶν  
μῆνις ἐφέρπει,
9. 10. ἀσινῆς δ' αἰῶνα διοιχνεῖ·
11. 12. ὅστις δ' ἀλιτρῶν, ὥσπερ ὁδ' ἀνὴρ, χεῖρας φονίας  
ἐπικρύπτει,
13. 14. μάρτυρες ὄρθαι τοῖσι θανοῦσι παραγιγνόμεναι, πρά-  
κτορες αἵματος  
αὐτῷ τελῶς ἐφάνημεν.

Ultro apparet, talem anapaestorum ordinem neque aptum esse neque posse comparari cum exemplis, quæ laudat Muellerus, Aesch. Prom. v. 1042 — 1082. Eum. v. 841 — 913. Neque tamen passus est Muellerus ab Hermanno sibi persuaderi, hæc omnia falsa esse; sed in re tali difficillimum est documenta proferre, quibus is redargui possit, qui elegantis poeseos et inelegantis discrimina subtilissima ignorantem se praestare malit, quam se convictum erroris confiteri.

V. 300. 301. καθαράς καθαρώς χεῖρας προνέμειν ex Hermanno recte dicuntur ii, *qui, culpa vacui et puri, ea quae agunt ita agunt, ut agendo culpa vacui et puri maneant*. Caeterum poetae et veteres et nostrae aetatis adjectiva sic cumulare amant, ut simplex quaedam nota, vel quidquid potissimum volunt, eo gravius et significantius edicatur. H. l. verbis χεῖρας προνέμειν praeterea opponitur v. 305. χεῖρας ἐπικρύπτειν.

V. 307. πράκτορες αἵματος, πράσσειν proprie dicitur *de exigenda pecunia*, de exigendis redditibus; hinc etiam de poena, quae ab aliquo sumitur, πράσσειν τινά τι usurpari solet. Itaque πράκτορες αἵματος vocantur Eumenides, quae *sanguinem exigunt*, h. e. vindictam petunt effusi sanguinis, factae caedis. — τελέως, usque ad finem, non desistentes.

V. 309. Jam incipit cantus, cujus argumentum brevi indicabimus. Furiae enim invocant Noctem matrem, questae, quod Apollo ipsarum manibus eripiat Orestem matricidam, cujus sanguine matris caedes expiari debeat. Describunt deinde auctoritatem suam et munus, quod ipsis a Parca, omnium reatrice, destinatum sit, interea Orestis animum cantu suo terribili terere tentantes. Exposito denique, quo modo vivant, quo ritu ultionem malorum exigant, ubique habitent, munus ipsarum demonstrant honorificentissimum esse.

V. 309. De origine Furiarum conf. Mueller. Eum. p. 184. et Herm. Opusc. VI, P. II. p. 199. sqq.

V. 312. πτωκα, τὸν Ὀρέστην. Vid. ad v. 127. 142.

V. 313. 314. Sensus est: *super illo autem, qui nobis devotus est, ut sacrificetur, canatur hoc carmen, amentia, delirium mentem corrumpens*. φρενο-

δαλῆς incertum est utrum substantivum an adjectivum sit; vox est composita ex φρῆν et δηλέομαι. Ego cum aliis pro adjectivo habeo.

V. 316. Muellerus ἀφόρμικτος αὐονὰ βροτοῖς conjunxit, αὐονὰ *clamorem* significare ratus. Hanc interpretationem quum Fritzschi vituperasset, Muellerus respondit, se falsam putare vulgatam explicationem propterea quod *hymnus non omnibus hominibus sed tantummodo Oresti tabem inferens* cogitari possit, et praeterea ἀφόρμικτος vocabulum eo ducere, ut αὐονὰ *clamorem* significare videatur. Contra quae Hermannus, Fritzschio assentatus, monuit, αὐονὰ vocabulum, quum *clamorem* tantum apud iambographum Simonidem significet, videri Ionicam vocem esse, atque ἀφόρμικτος tum tantum eo ducere, ut αὐονὰ *clamorem* significet, quum quis αὐονὰ sic interpretetur. *Hymnum* autem idem animadvertit *hominibus tabem* inferentem recte dici, quoniam et Oresti et omnibus mortalibus, qui Eumenidum in potestatem veniant, tabem inlaturus sit. Porro ἀφόρμικτος Muellerus *cantu fidium carens* ad verbum interpretatur, quod non ineptum existimat Hermannus, non tamen concedit, inde sequi, ut tibiae usum ad hunc cantum adhibitum fuisse, quemadmodum putat Muellerus, arbitremur. Vid. Opusc. Tom. VI, P. II, p. 154. Ego ἀφόρμικτος *musiklos* interpretatus sum, quum mihi, quia hic cantus omnino fidibus carens dicitur, omnino videretur musica intelligi debere, quae tam tristis esset, ut neminem audientium oblectaret, potius unumquemque terreret. Aesch. Agam. v. 963. sqq. τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνωδεῖ θρηῆνον Ἐρινύος αὐτοδίδακτος ἔσωθεν θυμός.

V. 317. Παρκα διανταλία dicitur proprie quae non

*deflectens transit et penetrat*, h. e. cui nemo potest obsistere. Hinc omnino *creatricem* significat, quoniam ejus vis ac potentia summa cogitanda est.

V. 319. „αὐτοὺς γίαι μάταιοι sunt *homicidia scelestā*, μιὰρὰ, et φόνοι αὐθένται, ut vocat v. 201. Sic μάταια et ἀνόσια κνώδαλα Suppl. v. 743. et μάταιοι χεῖρες Soph. Trach. v. 574.“ ABRESCH.

V. 320. ὅφρ' ἂν γᾶν ὀπέλθῃ „Enallage numeri haud infrequenti; *donec aliquis eorum terram subeat*, h. e. usque ad mortem.“ SCHUETZ.

V. 328. Hermannus, qui ἀγέραςτος, ut metrum antistrophae responderet, adjecit, locum commemorat Soph. Oed. C. v. 1221. sqq. ὅτε Μοῖρ' ἀννύμεναιος, ἄλυσος, ἄχορος ἀναπέφηνεν. Muellerus, ut idem efficeret, ἀπόμοιρος scripsit contra usum, qui, quum plura adjectiva, *a* privativum habentia, juxta ponantur, requirit, ut nullum immisceatur, quod non habeat *a* privativum. Neque convenire ait Hermannus, ut ἀπόμοιροι πέπλων vocentur Eumenides, quoniam sint ἄμοιροι πέπλων. Quod autem Muellerus dicit, per ἀγέραςτος vocabulū abundanter additum nimis prolixè proferri hanc notionem, non praecipuam illam quidem, oblitus esse videtur, in his et similibus poetas interdum ponere quandam elegantiam.

V. 330. sqq. ὅταν Ἄρης — φίλον ἔλῃ, „h. e. *si quis percussor, non justo in bello, sed quum propinquus sit, ex insidiis propinquum, cui amicus esse debebat, occiderit*. Quare non opus est ὃν φίλον cum Stanlejo emendare. Nam in Ἄρης τιθασὸς *hostis domesticus* (metaphora a cicuribus animalibus, quae domi aluntur, petita, quare τιθασὸς recte explicat Schol. ὀλκείος, φίλος) jam inest significatio animi hostilis adver-

sus eum, in quem ob necessitudinem mitis et pius esse debebat. Simili ratione Agam. v. 1197. (ed. Well.) Aegisthus dicitur λέων ἀνακτὸς οἰκονόρος.“ SCHUEZT.

V. 333. 334. Sensus est: *Eum qui necessarium suum et domesticum amicum interfecit, persequimur atque, quamvis validissimus sit, tamen juvenilem ejus sanguinem exhaurimus et corrumpimus.* Libri pro νέον αἷμα exhibent ὕφ' αἵματος νέον, quod facile apparet interpretamentum scholiastae cujusdam esse. Vestigium verae scripturae Hermannus in verbis Scholiastae reperit, Muellerus autem, hoc non consecutus, pro ὕφ' αἵματος νέον scripsit καμάτοισιν conjectura et audacissima et languida. Scholiastae verba sunt: διὰ τὸ νέον αἷμα τοῦ νεωστὶ εἰργασμένου ὑπ' αὐτοῦ, quae Hermannus emendavit: διὰ τὸ νέον αἷμα, τὸ νεωστὶ εἰργασμένον ὑπ' αὐτοῦ, de iis monens, non satis cepisse Scholiasten verba poetae νέον αἷμα, quae non de nova caede, quum antea nulla alia caedes commissa esset, interpretanda sed de juvenili interfectoris sanguine, quem Furiae haurire solerent, intelligenda essent.

V. 335 — 342. Constructio est: σπενδομένα δ' ἀφελεῖν — ἐπικραίνειν — ἐλθεῖν, μαλα ἀλομένα καταφέρω ποδὸς ἀκμὰν et verba Ζεὺς γὰρ δειματοσταγὲς — ᾧς ἐπηξιώσατο parenthetice dicta sunt, quapropter γὰρ οὖν adnectit ἀλομένα καταφέρω, oratione interrupta. — σπενδομένα est *precibus orata*, quemadmodum postea dicitur verbis ἐμαῖσι λιταῖς, quae passiva notatione accipienda esse facile apparet, quum Eumenides nihil habeant, quod ipsis petendum sit, sed tantummodo ab iis peti possit. Vulgo legitur σπενδόμεναι, sed quum Hermannus dubitasset, quin Medium verbi σπεύδειν recte diceretur, quod prorsus negat Elmsl. ad Eur.



**Med. v. 179.**, correxit *σπενδόμεναι* vel *σπενδομένα*, hoc quidem paulo aptius esse arbitratus ad καταφέρω, quod deinde sequitur. Medium *σπεύδεσθαι* tamen ei idonea auctoritate niti videtur in Agamem. v. 179. Muelléri autem lectionem, qui ex Doederlini conjectura *σπεύδομεν* αἰδ' edidit, reprehendit Hermannus, αἰδε inepte dici iudicans, quum hic Furiae munus suum describant neque dicere velint, *se jamjam vel heic administrare* munus persequendorum maleficorum, sed *id se semper facere* exponant. Praeterea pro *ἐμαῖσι λιταῖς* excogitavit Muellérus monstrum novi vocabuli *ἐμαῖς λεῖταις*, *λεῖτη munus publicum* (hoc feminino adjectivo pro substantivo adhibito) interpretatus neque vero passivam notionem verborum *ἐμαῖσι λιταῖς* aptam ducens et facilem ad intelligendum. Quo nihil aptius est et facilius. Nam et passivam notionem requirunt caetera verba, ut jam monuit Hermannus, et mihi videtur multo magis convenire superbo Furiarum ingenio, si dicant, precatas hoc se facere, quam si commemorarent, se muneris publici tanquam servas esse. — Ad verba *εἰς ἀνάκρισιν ἐλθεῖν* supplet ex *θεῶν δ' ἀτέλειαν* Muellérus *αὐτοῦς* (τοὺς θεοῦς), quum putaverit, deos tantummodo a quaestione liberatos esse posse, non Furias. Sed recte Hermannus haec verba de Furiis intellexit, quum *εἰς ἀνάκρισιν ἐλθεῖν* solummodo partium sit, ideoque non in deos conveniat (v. Demosth. c. Theocr. p. 1324. 12.). Eumenides vero se διωκούσας et ultionis exactrices praestant, et quum ipsarum causa semper satis confirmata sit, non opus habent, ut *εἰς ἀνάκρισιν* veniant.

**V. 343. 344.** *δύσφορον ἄταν* appositio est ad *ποδὸς ἀκμάν*, *pedis robur*, quod *intolerabile malum*

infert. Sensus est: *defero pedem, qui ipsis interitum parat; persequor eos, dum perdantur.* σφαλερὰ γὰρ τανυδρόμοις κῶλα parenthetice dicta sunt: *iis, qui multam fugientes viam fecerunt, titubantia crura sunt,* h. e. defatigantur et capiuntur.

V. 345 — 351. Sensem bene explicat Schuetzius: Magnificae vero hominis *de se ipso* opiniones et tantum non ad sidera elatae subsidunt, et cum ignominia in terram deprimuntur, simulatque nos atris vestibibus indutae accessu nostro et exoso pedum saltu eum affligerimus. Et sic quidem prosternitur, casu haud praevisto, stolide nimirum caecutiens; tantae scilicet tenebrae homini, propter piaculum sibi contractum, offunduntur, ac nebulosam caliginem aedibus objectam queruntur multiplices gemitus.

V. 351. μένει γὰρ εὐμήχανοί τε Muellerus cum aliis conjungit, μένει ut significet *iram*. Languidum esse Hermannus recte animadvertit, si Eumenides ira quidem et aestu εὐμήχανοι et τέλειοι esse dicantur, multo aptius ducens, si legatur μένει γὰρ· εὐμήχανοί τε etc. Chorus enim, quum descripsisset quae sua sors esset quaeque Fata sibi destinassent, ad finem cantus jam comprehendit omnia, affirmans: μένει γὰρ, *hoc enim certum est et manet: nos sumus* etc. Id etiam numeris, qui alii sunt atque in antecedentibus, indicari praeclare observavit. Cum Hermanno facit Fritzsche.

V. 356 — 360. „Quis igitur mortalium haec non revereatur et metuatur, audiens praepotens illud munus a Parcis definitum ac deorum voluntate nobis concessum? Manet enim nobis antiquum illud decus, nec propterea honore omni careo, quamvis assignatam mihi

sub terra sedem et sole carentes tenebras incolam. — οὐδ' ἀτιμίας κύρω repugnare videntur superioribus, ubi λάχη sua ἄτιμα et ἀτίετα nominabant. Sed duplex erat conditio Furiarum. Altera, quod exclusae essent a deorum consortio, et quod apud illos honoratae non essent; altera, quod hominibus venerandae essent, ab iisque non sine metu et horrore colerentur.“ SCHUETZ.

V. 362. γῆν καταφθατουμένην. „Sic legendum arbitror. *A Scamandro, terram occupans quam* etc. Hesychius h. l. ut videtur respiciens: καταφθατουμένη (l. καταφθατουμένη) κατακτωμένη. Sigeum intelligit, ubi templum fuisse Minervae Herodotus refert, lib. V. αὐτὸς μὲν (Alcaeus) φεύγων ἐκφεύγει τὰ δὲ οἱ ὄπλα ἴσχουσιν Ἀθηναῖοι καὶ σφε ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον ἐν Σιγείῳ. Et Alcaeus apud Strabonem lib. XIII. κελύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ Ἀλκαῖος, ὥς σῶος ἄροι ξνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλεκτορὶν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. Eandem cum Herodoto historiam invenit. Unde τὸ Γλαυκωπὸν ἱερὸν esse Ἀθηνᾶς γλαυκώπιδος templum in Sigeo constat. Hinc ansam captat Aeschylus, quo excitet Athenienses ad recuperandum Sigeum in Mitylenaeorum manus nuper delapsam. STANL. Conf. Mueller. Eum. p. 125.

V. 369. πῳλοῖς ἀκμαίοις. Vulgo legitur: πῳλοῖς ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιξεύσας ὄχον, qua lectione nihil est absurdius, quippe quum ea Pallas dicatur advenisse means, volans, vecta (vid. Herm. Opusc. VI, P. II, p. 174.). Verba διώκουσ' ἄτρυτον πόδα et πῳλοῖς ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιξεύσας ὄχον manifesto sibi contradicunt; neque aegide ad proficiscendum indiguisset Minerva, si validis equis usa esset, neque πτερῶν ἄτερ potuisset dici, quoniam haec verba ea tantum conditione

non absurda sunt, si Minerva non curru vecta, sed eo modo veniat, quo proprie alis utendum sit. Haec quum omnia vidisset Hermannus indignaque poeta nostro censisset, verum invenisse Wakefieldum putavit, qui pro πώλοις scribendum esse coniecit κώλοις. Minerva, per aërem proficiscens, locoque alarum utens aegide, ad pedes vehiculum quoddam (ὄχον) adligaverat, ut cursum festinaret. Conjecturam Pauwii: πώλοις ἀκμαίοις οὐκ ἐπιζεύξατο ὄχον, propterea prorsus improbat Hermannus, quod quum dixisset Pallas, uti venisset, inutile fuit dicere, uti non venisset. Qualis autem esset ὄχος, videbant spectatores.

V. 374. οὐδενὶ σπαρτῶν γένει, „non est ut Stanl. vertit: *nulli mortalium generi*, sed potius: *nulli eorum qui gignuntur generi*, seu deorum, seu hominum *similes*. Prorsus alienum ab hoc loco est, quod Massieuvio in mentem venerat, Mémoires de littérature T. VIII, p. 546., qui σπαρτῶν γένος *Thebanos* significare putabat.“ SCHUETZ.

V. 375. Vulgo ὀρωμέναις, quod Muellerus retinuit, eo defendens, quod arbitrabatur, Palladem verba: οὐδ' ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ὀρωμέναις sapienti moderatione et modestia quadam addidisse, quoniam etiam daemones essent, quos deorum oculi aversarentur. Dicit autem Gorgonas et Harpyias. Contra Hermannus istam moderationem modestiamque, si qua sit, etiam majorem esse existimat, talium mentionem non facere, immo de talibus omnino non cogitare. Conf. v. 325 — 327. et v. 338. 339.

V. 378. Sensus est: *Hoc longe a recto est et stat injuria*. Muellerum, qui Θέμις scripsit, reprehend-

dāt Hermannus, quum hic non de dea, sed de jure sermo sit.

V. 380. Vid. ad v. 309.

V. 382. Stanley.: *genus quidem novi et unde nomen obtines.*

V. 388. Sententia est: „*ergone huic (Oresti) ejusdem generis exilium destinās?*“ ABRESCH. ἐπὶ ῥόοι-  
ξεις, ἐπιβοᾷς, ἐπιβάλλεις. Schol.

V. 390. ἄλλης, „*num vero matrem suapte sponte occidit, an vero alius necessitatis iram timens*, h. e. an potius necessitate compulsus, quod eum caedis auctorem haberet, cujus ira, nisi perpetrasset, ei verenda esset.“ SCHUETZ.

V. 392. δοῖν, „*enimvero quum duae partes sint, dimidium quidem sermonem hactenus audivimus, jam vero et altera pars audienda est.*“ SCHUETZ.

V. 393. Sensus est: „*Furiae ajunt Orestem neque ipsum jusjurandum accepturum, quia jurare non posset, se Clytaemnestram haud interfecisse, neque ad ipsas relaturum, quia, si jurassent, eum matrem interfecisse, eum ut matricidam damnandum esse putabant.*“ SCHUETZ.

V. 394. Minerva noluit jurijurando tantam vim tribuere, quum ex ipsius sententia fieri possit, si qui rem solo jurejurando discerni patiantur, ut jus pro injuria, injuria pro jure accipiat. Vocat igitur τὰ ὀγκώματα v. 450. τῆς δίκης ὀρωγὰ, auxilia, quae conferant ad fidem, sed ex quibus non dijudicandum sit. Vid. v. 396.

V. 399. Hermannus, qui olim ἄξι' ἀντ' ἐπαξίων conjecerat, quod recepit Muellerus, sententiam postea mutavit, quoniam Eumenides dicere non possent, Mi-

nervam hoc honore dignam pro meritis esse, quum de ipsis dea nondum bene meruerit. Suasit igitur scribi: *σέβουσαί γ' ἄξιαν γ' ἑπαξίων*, probatum postea Muellero. De hujus particulae repetitione vid. Matth. Gr. Gr. §. 602. p. 1423. Caeterum *ἄξια ἑπαξίων* dicitur Minerva, quae digna sit, ad quam iudicii munus et honor deferatur.

V. 405. De *Ixione* ait Pindar. P. II, 32. *ἐμφύλιον αἶμα πρώτιστος ἐπέμειξε θνατοῖς*, ad quem locum vid. Schol. Conf. Mueller. Eumen. p. 137. Ab Ixione quum omnes se averterent, eum ipse Juppiter supplicem expiasse dicitur. Vid. v. 645. sqq.

V. 409. 410. Constructio verborum est: οὐδὲ μύσος ἔχει πρὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ ἐφημένου τὸ σὸν βρέτας, *neque piaculum ex caede adhaeret manibus meis, simulacrum tuum amplectentis*.

V. 412. Vid. Mueller. Eum. p. 136. sqq. et quae ad v. 225. diximus.

V. 413. 414. *αἵματος καθαρόσιου σφαγὰς* conjungendum esse demonstravit Muellerus; *αἵματος σφαγὴ* enim et *αἶμα σφάζειν* dici solet *de sanguine hostiae prorumpente*, ut Pers. 802. *πέλανος αἵματοςσφαγῆς* legitur. Vid. Mueller. Eumen. p. 146.

V. 449. Nullas idoneas causas video, quibus movear, ut hujus versus locum mutandum esse credam. Muellerus quidem animadvertit, hanc sententiam hoc ipso loco aptissime pronuntiari, et mihi idem videtur, quoniam sententiarum cohaerentia sic comparata est, ut non sit vituperanda. Est enim talis: Hanc rem, inquit Minerva, neque homini neque mihi, etsi dea sum, dijudicare licet; est enim gravissima, praesertim quum tu non, ut Ixion ad Jovem, *ἐναγῆς* ad me veneris; tu

tamen supplex venisti ad templum meum, tametsi purificatus eras. Quamvis haec igitur difficilis res sit, tamen te recipiam in meum patrocinium. Furiae autem quum timendae sint ob iracundiam, neque facile mitti neque retineri possunt, ego quidem iudices ex meis civibus eligam, quorum leges in omne tempus ipsa constituto. Vos autem colligite vobis documenta. Itaque versu illo ὅμως δ' ἄμορφον ὄντα σ' αἰροῦμαι πόλει quum dicatur: *Orestem sese, quamvis ejus causa difficillima sit, in tutelam recepturam esse, quia non maculatus sit*, justo loco posita sententia esse mihi videtur duabus de causis. Primum quum isto versu contineatur solatium aliquod, hoc consentaneum est a Minerva homini supplicanti et infelicissimo quam primum indicatum esse, ne anxius exspectaret, quae tandem sors sua futura esset. Neque valde deceret Minervam, antequam significasset, quae facere vellet, proferre nihil nisi impedimenta atque difficultates, quibus obstricta et occupata videretur. Quare etiam si proferrentur nova deinde impedimenta (v. 440 — 445.), ut existimat Hermannus, non ineptum judicarem, si Minerva immiscuerit his spem aliquam salutis. At nova non proferuntur. Puto enim verba αὐται δ' ἔχουσι etc. eorum, quae ante promiserat dea, se recepturam Orestem esse, impedimentum indicare, quo, ut recipere eum nequeat, fieri possit. Sin omisisset autem dicere dea, se velle eum recipere, de Furiis aliquid addere non valde necessarium erat. Tum denique pergens dea, quum res illa ita se habeat, se electuram esse ait iudices, quibus salus et Orestis et terrae hujus expedienda sit. Vid. ad v. 446.

V. 444. 445. Sensus est: *Ab utraque parte res*

*sic se habet: Furias vel dimittere vel retinere, neutrum fieri potest.*

V. 446. Stanlej.: *Verum quandoquidem res huc perpenit.* Quodammodo conferri potest Soph. Oed. R. v. 771. *κού μὴ στερηθῆς γ', ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων ἐμοῦ βεβῶτος.*

V. 447. Vulgo legitur: *φόνων δικαστὰς ὄρκιων αἰρουμένους, θεσμόν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον,* ut, unde verba *φόνων δικαστὰς ὄρκιων αἰρουμένους* pendeant, nemo quisquam intelligat. Aliorum conjecturis, quorum nonnulli audacissima mutatione neque ea satis idonea *ὄρκιους αἰρουμένην* scripserunt, praetermissis, Hermannii sententia memoratu dignissima est, qui, versu 439. (*ὅμως [δ'] ἄμομφον ὄντα σ' αἰροῦμαι πόλει*) ante hunc collocato, legendum putat: *φόνων δικαστὰς ὄρκιῳ δ' αἰρουμένους θεσμόν, τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον,* h. e. *caedis iudices iurjurando obligabo, accipientes legem, quam ipsa sanciam in omne tempus.* Contra quam conjecturam quae a Muellero prolata sunt, nullius momenti esse videntur; sed in verbis ipsis displicet nobis iteratum *αἰρεῖσθαι* atque male nos habet particula *ὁ*, non commodo loco posita. Cur poeta non scripserit *φόνων δικαστὰς δ' ὄρκιῳ*? Propter metrum sane haud crediderim. Itaque, loco defenso versus 439., satius duxi scribere: *φόνων δικαστὰς ὄρκιῳ γ' αἰρουμένους θεσμόν, τὸν etc.,* ut γὰρ particula ad vim in verbo *ὄρκιῳ* positam pertineat, eo sensu: *juratos quidem iudices constituam, quorum leges ego ipsa sancire volo. Vos autem comparate testimonia.* Quod si viris doctis non satis probetur, videant, ne versus ante hunc exciderit, quo — *ὄρκιων αἰρουμένους θεσμόν* referatur.



V. 450. Quatenus ὀρκώματα dicantur ἀρωγα τῆς δίκης, vide quae ad v. 394. exposuimus.

V. 453. Vulgatam ὄρκον περῶντας viri docti frustra tentarunt defendere exemplis similium dictionum, ut περᾶν χρῆσθαι. Nam ὄρκον περᾶν significat contrarium ab eo, quod ὄρκον περᾶν notat et quod hic requiritur; est enim *sacramentum violare*. Hermannus igitur ex Scholiastae sententia, qui ὄρκον περῶντας interpretatur ὄρκον δίδοντας, suspicatur eum legisse: ὄρκον πορόντας. Hanc emendationem reprehendit Muellerus, πορεῖν ab Aeschilo tantum de donis, honoribus aliisque commodis, quae tribuuntur alicui, dici arbitratus, ex propria verbi πορεῖν potestate. At quum septem tantum Aeschyli tragoediae supersint, semper nobis verendum est, ne justo audaciores vitiosa esse statuamus, quibus linguae usus non offendatur. Mihi videtur et πορεῖν et δίδοναι, ut de muneribus, sic de aliis, quae praebeantur, aptissime dici.

V. 454. Argumentum hujus carminis fere hoc est: Eumenides, quae vehementer cupiunt, ut Orestes puniatur, et exspectant reditum Minervae, ut iudicium faciat, fatentur, si matricidium istud iusta poena non mulctetur, fore ut, antiquis legibus eversis novisque introductis, mala ex malis in terra gignantur. Nam Furiarum potentia atque auctoritate sublata, neminem existere, qui facinora mulcet et homines a malis absterreat. Metum autem hominibus salubrem esse; quo si careant, mortales justam vitam agere non posse. Commendant igitur Eumenides vitam legibus temperatam, anarchiam autem aequae ac tyrannidem aversandam esse demonstrant. Jus et justitiam si colant homines, parentes honorent, hospites pie excipiant, feli-

ces cives futuros neque unquam prorsus infelices esse posse. Injustum vero hominem, tametsi diu mala exerceat, fortunatus et non punitus, tandem aliquando ajunt miseriis victum et deorum vindicta ita tentatum iri, ut sine ullius misericordia et ab omnibus desertus intereat.

V. 454. νῦν καταστροφὰὶ νέων θεσμῶν recte quidem Stanlejus, sed nimis obscure vertit: *nunc eversio novarum legum*; hoc potius dicendum erat, *nunc eversio per novas leges*. Nam sensus est: nunc fiunt eversiones per novas leges, nunc antiquus rerum status evertitur.

V. 456. εὐχερεῖα συναρμόσει βροτοῦς est: *ad idem aggrediendum homines promptos faciet*.

V. 457. ἔτυμα conjunge cum προσμένει, ut significet: *manifesto expectant, ἀληθῶς προσμένει*.

V. 459. πάντ' ἐφήσω μόνον, h. e. *omnis generis fata permittam*, nullum caedis crimen ulciscar in posterum.

V. 461. οὐ — παρηγορεῖ. Sensus est: *nullum autem certum solatium miseri homines pronuntiant*; omnis spes salutis, quam miser quidam misero homini respondens excitat, irrita erit. Libri exhibent, ut supra commemorare debebam: λῆξιν ὑπόδοσιν τε μόχθων ἀκέτ' οὐ βέβαια· τλάμων δέ τις μάταν παρηγορεῖ. Hermannus μάταν ut interpretamentum verborum οὐ βέβαια ejecit et, ut edidi, scripsit.

V. 467 — 471. Conf. v. 627 — 631.

V. 479. κύριον μένει τέλος, *proprius manet finis*, h. e. certissimus rerum exitus, ut justī praeium, malefici poenam accipiant.

V. 485. τὰ πολλὰ παντόφουρτ' ἄνευ δίκας pendet ab ἀντίτολμον et παραιβάταν, h. e. τὰ πολλὰ παν-

τόφουρτα ἄνευ δίκης ἀντιτολμῶντα καὶ παραβαίνοντα.

V. 491. Vulgo legitur λέπαδνον, quae vox *antile-*  
*nam* significat. Hanc librorum scripturam, quam vi-  
tiosam esse ultro apparet, quum nullum sensum prae-  
beat, omnium optime emendaverunt Hermannus et  
Fritzschius, scribentes λαπαδνόν, quod postea probavit  
Muellerus, rejecta sua conjectura: ἀμηχάνως δύναι λέ-  
παδνον. Hermannus enim non dubitat, quin ab Atticis,  
ut λαπάζειν et λαπαγμὸς dixerint, sic λαπαδνόν quoque  
pro ἀλαπαδνόν, *debilitatum*, *viribus fractum*, usurpa-  
tum sit. — οὐδ' ὑπερθέοντ ἄκραν. Hermannus  
ὑπερθεῖν ἄκραν exemplis illustrat, Theogn. V, 620.  
ἄκραν γὰρ πενίης οὐχ ὑπερεδράμομεν. Eurip. Archel.  
Fr. 24. (7. ap. Math.) οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν  
δυνάμεσθα.

V. 494. κατεργάθου, „*cohibe*; eadem nempe sunt  
εἰργάθειν et ἐργάθειν; hoc Homerus adhibuit, illud So-  
phocles et Euripides. Sed mediam formam Aeschyli  
non meminimus nos alibi legisse. Porro quum ἐργά-  
θειν potius videatur Jonas sapere, quam Atticos, me  
volente restituerit aliquis Aeschylo κατεῖργάθου.“  
WAKEF. Hic notandum est, scenam, quae huc usque  
fuit templum Palladis, jam in Areopagum translata  
esse, quod satis manifesto apparet ex versibus 616.  
619., ubi demonstrativa τόνδε et τήνδε declarant, ser-  
monem esse de loco, in quo commorentur.

V. 495. Hunc versum in omnibus libris corruptum  
legimus, et vocabulum aliquod excidisse metrum docet.  
Alii aliud suppleverunt. Hermannus quidem putat ad-  
jectivum, quod desit, in os propter sonum non desuisse,  
et acutissime suspicatur scripsisse poetam: εἴτ' οὖν δια-

πτωρ διάτορος Τυρσηνική. *Tuba* vocatur διάτωρ, *nuntia*, quia tum vel maxime auditur, quando aliquid novi nuntiatur. Proprie hac voce signatur Mercurius, qui in coelo ὁ διάτωρ (s. διάτορος) deorum est; ut sensus sit: ut in coelo Mercurius, sic tuba in terra nuntiatio, quae agantur. Porro εἴτ' οὖν veram scripturam esse putat Hermannus propterea, quod nullus praeco adest, qui silentium populo imponat, et ejus loco sola tuba deinde auditur, finito Minervae sermone. Minervam igitur pergere putat: *SIVE quaedam tuba jubeat populum tacere, ut audiat, quae dicam. Tyrrhena* autem appellatur tuba, quod hujus terrae salpinges nobilissimae fuerunt apud antiquos populos, ideoque saepissime a poetis nominantur. Caeterum quum belli Trojani et Orestis temporibus illae tubae nondum inventae notaevae essent, poetam hic admisisse anachronismum statuendum est, ut Sophocl. Aj. v. 17. χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς.

V. 499 — 501. Quod vulgo legitur σιγᾶν ἀρήγει καὶ μαθεῖν θεσμούςς ἐμοὺς πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη, inep- tum est et frustra tueri conatur Muellerus. Nam ubi poeta dixit μαθεῖν πόλιν τε πᾶσαν, non potuit pergere καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη, quoniam haec inter se conjungi nequeunt. Ad τε — καὶ cogitando exspectamus paria, non inter se diversa; hic igitur vel duo esse debent, qui audiunt, vel duae res, quae audiuntur. Itaque quum unus Codd. et Ald. καὶ τὸν ὅπως exhibeant, Hermannus correxit, καὶ τὸνδ', nempe *Orestem*. Nam quum Minerva populum, non iudices ab ipsa constitutos alloquatur, consentaneum est, prae-

ter omnes audire potissimum populum et eum, de quo feretur iudicium.

V. 501. καταγνωσθῇ, „cognoscatur, i. q. ἵνα εὖ γνωσθῇ κατὰ τῆς δίκης ταύτης, de hac lite. Ita Hesychius: καταγνῶναι· ἐπιγνῶναι; ut Aristoph. Equit. v. 46. οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους.“ WAKEF. Mihi videtur non de hac tantummodo lite, sed universe dictum esse et de hac et de futuris litibus.

V. 502. Eumenides ubi subito in iudicium venientem Apollinem conspiciunt, eum sua agere jubent nec se alienis negotiis immiscere, interrogantes, quid haecce causa pertineat ad eum? Deinde respondet Apollo, se hic duplicem personam, tum *testis*, tum *correi*, sustinere.

V. 504 — 507. Proprie conjungendum erat καὶ μαρτυρήσων ἦλθον καὶ ξυνδικήσων αὐτόν, sed interposita sunt verba ἔστι — καθάρσιος, quibus indicatur, qui factum sit, ut tantam Orestis curam habeat Apollo. Vulgo pro ἔστι γὰρ νόμῳ libri exhibent ἔστι γὰρ δόμων, quod, quum statim sequatur καὶ δόμων ἐφέστιος, ferri nequit. Hermannus verum vidisse putat Burgessium, qui νόμῳ coniecit, ut Orestes diceretur *ex lege s. more* supplicare. Significatur igitur Apollinem venisse, et quia Orestes lege supplex esset, et quia ab ipso Apolline petiisset praesidium. Hermannus commemorat Sophocl. Oed. Col. v. 548. νόμῳ δὲ καθαρὸς αἰδοῖς ἐς τόδ' ἦλθον., et *ex lege et more supplicantem* dici Orestem ait propterea quod jam sacrificiis purificatus sit; quare supra κατηγορικῶς et καθαρὸς et ἀβλαβής (v. 437. 438.) a Minerva sit appellatus. Muellerus, γὰρ δόμων servato, alterum καὶ δόμων in καταφυγῶν commutavit, conjectura et frigida, quia supervacanei aliquid additur,

et audaci. De φόνον καθάρσιος conf., quae Muellerus Eumen. p. 136. 138. sqq. collegit.

V. 508. εἰςάγειν τὴν δίκην, „hoc erat praesidis iudicii officium, reis copiam dicendi facere, ac deinde iudices in suffragia mittere.“ SCHUETZ.

V. 509. πυροῦν τὴν δίκην est *dirimere litem*, ut v. 567. et δίκας διαιρεῖν (v. 436.), πῶγμα διαιρεῖν (v. 452.), καταγνῶναι δίκην (v. 501.).

V. 510. ὕμῶν „Furias alloquitur Minerva, iisque priorem dicendi locum, ut accusatricibus, assignat.“ SCHUETZ.

V. 511. ὁ διώκων est *accusator*, et ei opponitur ὁ φεύγων, *reus*.

V. 512. πρᾶγματος διδάσκαλος vocatur hic is, *qui totam rem illustrat*, explicator controversiae, ut alias χοροῦ διδάσκαλος is est, *qui fabulam docet*, poeta, qui histriones informat et fabularum actionem instituit. Videtur hic de utraque dictione cogitandum esse, ut *actio* apud Romanos et de controversia, quae defertur ad iudices, et de spectaculo, quod agitur, dici solet.

V. 517. ἔν μὲν, „tertia nimirum in luctationibus abjectione in terram victoria constitit. Plato in Euthydemo: ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλὼν ὥσπερ πάλαισμα, ὄρμα ὁ Εὐθύδημος πρὸς νεανίσκον. Seneca de Benef. *Luctator ter abjectus perdidit palmam, non tradidit*. Aristides: τὸ τρίτον πλεύσας, ὥσπερ οἱ παλαισταὶ παλαίουσιν.“ STANL.

V. 518. οὐ κειμένῳ πω, „i. q. οὐπω κειμένῳ. Orestes enim *aufer mihi jactationem*, inquit, *nondum enim prostratus sum*.“ SCHUETZ.

V. 524. Sententia est: *adhuc quidem de fortuna*

*mea non conqueror*, h. e. non me poenitet, rem ita venisse, et gaudeo me ipsi obtemperasse:

V. 527. Haec ironice dicta sunt: *confide nunc, si placet, mortuis, tu, qui matrem occideris.*

V. 530. „Orestes v. 528. affirmaverat Clytaemnestram duplici piaculo se obligasse. Hoc jam nunc explicat, illam, dum Agamemnonem necaret, non solum maritum suum, sed et filii sui patrem occidisse.“ SCHUETZ.

V. 531. Quod vulgo legitur *φόνου*, Muellerus cum aliis retinuit, sed recte animadvertit Hermannus, sensum vulgatae lectionis ineptum esse. Nam quid significat, quod Eumenides respondent: *itaque tu quidem vivis, haec autem libera est a caede?* Nam si cum Abreschio interpretamur: *illa libera a caede est, judicari illa puniri nequit, seu iudicium de caede subire nequit amplius*, interrogare debemus, cur Clytaemnestra, antequam mortua esset, nullo modo propter Agamemnonis caedem punita sit? Nimis inepte locutae essent Eumenides, si dixissent, omni poena liberam evasisse Clytaemnestram. Itaque jure Hermannus assentitur Schuetzio, qui ait: „aptius Aeschyli proposito est, quod reposui: *τοιγὰρ σὺ μὲν ζῆς, ἥ δ' ἔλευθερά φόνου.* *Itaque tu quidem vivis* (ut te pro caede matris ulcisci possim), *haec autem caede* (qua tu eam necasti) *ab ultione mea libera evasit*, illudque scelus satis expiavit.“ Et Wakefieldus vidit, hunc sensum esse debere, et sic interpretatus est vulgatam, quae tamen hoc non exprimit. Deinde optime quadrat Orestis quaestio, cur ne Furiae quidem jam vivam eam puniverint?

V. 533. Vid. v. 200. sqq.

V. 535. *πῶς γάρ.* Hermannus olim et Bothius

secuti sunt Schuetzium, qui adnotavit: „vulgo in omnibus editionibus legitur πῶς γάρ. Sed hoc prorsus a sensu et consilio verborum abhorret. Quaesiverat enim Orestes, *an ipse matris suae consanguineus sit?* Respondunt Eumenides: *Nonne enim te mater, quum te in utero gestaret, sanguine suo te nutrit?* Negante scilicet hic quaestione opus erat, non affirmante. Itaque πῶς γάρ nullo modo potest admitti.“ Scripserunt igitur illi οὐ γάρ σ' ἔθρεψεν etc. Alii autem πῶς γάρ; σ' ἔθρεψεν etc. interpunxerunt. Sed recte se habere vulgatam, vidit Schwenckius, qui πῶς γάρ — ζώνης explicavit: *quomodo enim mater te in utero gestans nutrit, nisi sanguine suo?* Patria lingua fere reddam: *Wie konnte sie dich denn sonst naehren?*

V. 546. εἶπον — κελεύσαι, vid. Matth. Gr. Gr. §. 518. p. 1179. et §. 529. 4. p. 1223. Conf. v. 19.

V. 547 — 548. Construe: *πιφαύσκω ὑμᾶς μαθεῖν ὅσον τὸ μὲν δίκαιον τοῦτο σθένει, ἐπισπέσθαι δὲ βουλῇ πατρός.*

V. 552. τιμὰς νέμειν, „longissime a poetae mente aberravit interpres, vertens: *matris poenas nullatenus sustinens*; reddi debebat: *matrem nullo loco habere vel nullum honorem habere matri.* Docent satis sequentia et v. 568. *πατρός προτιμᾷ Ζεὺς μόρον.*“ ABRESCH.

V. 553. οὐ γάρ τι ταῦτόν, *non enim idem est*, h. e. nam longe aliud est. Considerare debemus, ait poeta, non idem esse, mulierem occidi, et virum illustrem mori, idque per mulierem.

V. 559 — 561. ἐμπολᾶν proprie significat *negotiarī*, deinde omnino rem aliquam gerere; itaque ἀπὸ στρατείας ἡμποληκῶς τὰ πλεῖστα ἄμεινον est *post-*



*quam ab expeditione bellica plurima lucrifecerat melius*, h. e. quum plerasque res optume gessisset. Hesychius ἐμπολᾶν explicat περιποιεῖν, πραγματεύεσθαι, et Schol. ad Soph. Antig. v. 1050. ed. Herm. κερδαίνειν, περιποιεῖν. — εὐφροσιν pertinet ad δεδεγμένη, et δέχεσθαι τινα εὐφροσιν significat *aliquem excipere suavi sermone*, ut μελιχλοῖσιν alias dicitur; suppleri solet λόγοις. Caeterum εὐφροσιν δέχεσθαι una notione comprehendere debemus, quare alter dativus δορίτη additus legitur.

V. 561. περῶντι λουτρὰ, κἀπὶ. De καὶ particula post participium addita vid. Herm. ad Vig. 219. Adhibetur enim ejusmodi locis καὶ, ut Hermannus monuit, eodem modo quo εἴτα.

V. 575. 576. Conjungendum esse ἀνδρὸς δ' ἐπειδὴν αἶμ' ἀνασπάσῃ κόνις ἅπαξ θανόντος, monuit Hermannus, qui commemor. Aesch. Agamemn. v. 990. sqq. τὸ δ' ἐπὶ γὰρ πεσόνθ' ἅπαξ θανάσιμον προπάροιθ' ἀνδρὸς μέλαν αἶμα τίς ἂν πάλιν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαιδων; Similis sententia legitur apud Soph. Electr. v. 137. sqq. ἀλλ' οὐ τοι τὸν γ' ἐξ Αἴδα παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις.

V. 578. 579. Ineptam esse sententiam, quam codices praebent, Hermannus arbitratur. Cui ut assentiar, tantum abest, ut elegantem existumem orationem Apollinis, quem poeta ideo sic loquentem introduxit, ut Furiae exterrerentur, quum diceret, Jovem posse, si velit, universum mundum tam facile vertere, ut ipsius minime consumatur robur. Si qui legerint, quomodo hunc locum converterimus, fatebuntur, nihil absurdi inesse in vulgata. Hermannus inficeta Muelleri horum

versuum conversione, quam Fritzschijs merito vituperavit, in illam opinionem ductus esse videtur.

V. 579. „οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει *de viribus nullo modo exhaustiendis* dicitur sive de eminente Jovis potentia, cui nihil grave aut difficile est. *Facili opera*, uno quasi impetu, *non laboris anhelus*, ut loquitur Sil. Ital. XV, 721.; neque ἄσθματος καὶ ἀπορίας μεστός γενόμενος, ut apud Plat. de Rep. 496. Nozler supra v. 237. πολλοῖς μόχθοις ἀνδροκμήσι φυναιῶ σπλάγγνον.“ SCHUETZ.

V. 580. πῶς γάρ. Offenderunt hae particulae Schuetzium, qui ait: „particula γάρ locum hic non habet. Non enim causam eorum, quae antea dicta erant, afferunt Eumenides, sed potius ex iis, quae Apollo in medium protulerat, colligunt aliquid, quod causae suae profecturum erat. Itaque vel cum Casaubono legendum πῶς δ' ἄρ, vel quod malim, πῶς γοῦν. Sic nimirum ratiocinantur Eumenides: *Quomodo igitur* (si nullus datur homini semel occiso ad vitam regressus) *tu defendere hunc reum et ut absolvatur postulare possis, etiam atque etiam vide*.“ At erravit Schuetzium et bene se habet γάρ particula. Nam sensus totius loci hic est: *noli talia enarrare; nihil ea ad rem; vide enim, quomodo tu hujus viri innocentiam defendas*. Volunt autem Eumenides dicere, male defendi ab Apolline reum, qui vix possit defendi. Neque igitur, ut cum Schol. Abreschius alique putant, tantummodo ad v. 576. 577. oratio spectat Furiarum.

V. 586. μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου, „μήτηρ ἡ κεκλημένη exhibit Farn. et sic emendavit Schuetzium, quem sequuntur Herm. Burg. Both., ex Eurip. Alcest. v. 648. οὐδ' ἡ τεκεῖν φάσκουσα καὶ κεκλημένη

μήτηρ μ' ἔτικτε. Sed recte jam observavit Schwenckius, ibi matrem falso ita appellatam dici, quia omnino non pepererit, sed filius ei subditus sit, hic vero ab Aeschylō negari, nomen τοκεὺς matri tribuendum esse, licet partus ejus τέκνον appelletur.“ WELLAUER.

V. 587. τοκεὺς „quod Spanhemius ad Callimachum in Dian. v. 81. emendandum censebat τοκάς, necessarium haud videtur. Quid enim si Aeschylus τοκεὺς genere communi posuit? Quid si consulto vocabulum masculini generis adhibuit; q. d. *non est mater quae dicitur verus liberorum parens*. Caeterum sententiam hanc Euripides quoque expressit Orest. v. 551. πατήρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς, τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλον πάρα. ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη πότ' ἂν· ἐλογισάμην οὖν τόδε γένος ἀρχηγέτη μᾶλλον μ' ἀμῦναι τῆς ὑποστάσης τροφάς. Similiter fere apud Eurip. fragm. inc. (quod est apud Stobaeum) LVIII. ed. Beck. ἀλλ' ἔσθ' ἐμοὶ μὲν οὗτος οὐκ ἔσται νόμος, τὸ μὴ οὐ σε, μᾶτερ, προςφιλῇ νέμειν αἰεὶ, καὶ τοῦ δικαίου καὶ τοκῶν τῶν σῶν χάριν. στέργω δὲ τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν μάλισθ', ὀρίζω τοῦτο· καὶ σὺ μὴ φθόνει. κείνου γὰρ ἐξέβλαστον. οὐδ' ἂν εἰς ἀνὴρ γυναικὸς ἀνδῆσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς.“ SCHUETZ. Sic collocatum est τροφὸς δὲ, ut significet ἀλλὰ τρόφος μόνον.

V. 588. τίκτειν h. l. non de *partu* sed de *genitura* dictum esse apparet; θρώσκειν autem est, ut Hesychius explicat, σπερματίζειν, γεννᾶν.

V. 592. 593. Quod codices praebent, οὐδ' ἐν, signum esse videtur, quo versum excidisse putemus; et sic statuerunt Buttlerus atque Hermannus, quum aliter οὐκ ἐν dicendum fuisset. Muellerus autem vul-

gatam ita defendendam suscepit, ut verbis παῖς Ὀλυμπίου Διὸς contineri putaret, quod illi desiderassent; neque offensum iri ait quemquam, si scriptum esset παῖς Ὀλυμπίου Διὸς οὐδὲ μητρὸς τινος. Cui Hermannus propterea non est assentatus, quod nostro loco παῖς Ὀλυμπίου Διὸς nominis loco dictum est, ita tantum vulgatam vilio carere ratus, si Παλλὰς, παῖς Ὀλυμπίου Διὸς, οὐδὲ μητρὸς τινος scriptum legeretur. Manca igitur quum mihi videretur haec vulgatae sententia, quae excidisse putabam, addito versu expressi.

V. 601. στέργειν, vid. Matth. Gr. Gr. §. 532. f. p. 1235. — ἐπισπόρους, ἀπογόνους Schol.

V. 602. ἀπὸ γνώμης significat *ex animi sententia*. Interpretes commemorant locum Plutarchi: δικάζοντα δεῖ μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἔχθραν ἀκούειν, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης πρὸς τὸ δίκαιον.

V. 607. 608. ἐν δὲ καρδίᾳ conjungendum est cum αἰδεῖσθε.

V. 610. Hoc loco Hermanni ingenium admirandum est, cujus acumen effecerit, ut haec Palladis oratio, quae pluribus vitiis laborabat, in integrum restitueretur. Nam praeter alia tres versus, qui post hunc sequuntur vulgoque post v. 634. legebantur, huc ab eo translati sunt. Quod Muellerus negavit recte factum esse, quamquam Hermannus tres protulit causas. Primum quidem animadvertit, hos versus, qui omni conjunctione cum praecedentibus careant, illic positos copulativa quadam particula carere non potuisse; deinde ait hos versus, quibus iudices constituentur, inepte in ea verba insertos esse, quibus peroratio contineatur, quasi Minerva eorum antea oblita sit; tum, quod gravissimum est, deam, quae nunc quum maxime (v. 610.) promiserit,

se constituturam curiam aliquam, ex vulgata jam v. 611. inepte loqui de hac curia ut jamjam constituta et in posterum futura. Omnes certe, opinor, offendere debent verba ἔσται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν, quoniam non dictum est, nunc constitui quod futurum sit. Harum causarum Muellerus refutavit nullam; nam quae protulit, ita comparata sunt, ut lectori persuadere magis, quam errorem demonstrare videatur. Vid. Herm. Opusc. VI, P. II, p. 94. sqq. Etenim quod asyndeton attinet, Dissenium laudavit ad Pind. P. II. Excurs. p. 278., pertinere huc arbitratus, quod Dissenius proposuit, asyndeton locum habere, *quum graviter finiatur*. Id Hermannus neque concedit, neque hic graviter finiri recte animadvertit. Deinde Muellerus comparat locos chori, qui proxime praecedit, ubi sententiae gravissimae, nulla copula conjunctae, pariter atque hic proferantur; quam chori comparisonem non quadrare in talem orationem idem observavit Hermannus. Denique Muellerus hunc sermonem Minervae solemnem quodammodo fieri et celeberrimae concioni haud ineptum putat, quum sententiae non conjunctim, sed aliae ex aliis recitentur, nullis copulis sed cogitatione comprehendendae. Quibus non assentior; immo festivissimam duco bene copulatam orationem.

V. 616. Vulgo πᾶγον δ' Ἄρειον τόνδ', quod Muellerus et Hermannus corruptum esse viderunt, uterque judicantes, hunc collem judicii Areopagitici sedem appellari necesse esse, ut intelligatur, cur hic collis commemoretur. Quapropter Muellerus pro Ἄρειον conjecit γεραῖρον, cum praecedentibus τοῦτο β. conjungens. Hermannus autem ὄρειον emendavit, idem se jam effecisse ratus, quum tres illos versus (v. 611 — 613.),

qui loco suo moti essent, antea inseruisset. Praeterea τόνδ' Ἀρειὸν πάγον scribere non potuisse poetam animadvertit Hermannus, quia τόνδ' Ἀρειὸν πάγον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος πάγος Ἀρειὸς contra logicam rationem dictum esset; namque ineptum est dicere *hunc* (τόνδε) *Martis collem*, qui propterea *Martis collis est appellatus*, quod etc.; dicere tamen licuit *Martis collem*, qui propterea *Martis collis est appellatus*, quod etc. Muellerus putat minus poeticam orationem esse, si nomen Martis nominaretur, priusquam indicatum sit, unde hujus collis nomen petatum esset. At recte iudicat Hermannus, quod poesis attineat, nihil interesse, utrum nomen bis an postea tantum commemoretur. Caeterum post verba πάγον δ' Ἀρειὸν τόνδε quum multa interjecta sint, oratio per δὲ particulam, variata structura, continuatur: ἐν δὲ τῷ (πάγῳ). Tales constructiones, ubi per repetitam δὲ particulam interrupta verba conjunguntur, haud infrequentes apud Graecos leguntur. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 616. 4. et §. 427. n. 3.

V. 618. 619. Hermannus cum aliis interpretatus est: *et hanc urbem novam, turribus altis superbam, opposuerunt*; nam ἀντιπυργοῦν τι ὑψηλουργον idem esse indicavit quod ὑψοῦ τι ἀντιπυργοῦν. Muellerus autem putabat, scenam non mutari collemque tantummodo ostendi pictum, et ἀντιπυργοῦν h. l. regere accusativum ut ἀντιάξειν τινὰ, *aliquem impugnare*. Quae omnia absurda esse demonstravit Herm. Opusc. VI, P. II. p. 170. Vid. ad v. 494.

V. 620. „Meminit et Etymologici auctor: Ἀρειὸς πάγος, δικαστήριον Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενον ὅτι οἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐστρατεύοντο Ἀρεὸς

οὔσαι. Notandum vero quod in Etymologia nominis ab Aeschilo recedit; neque enim Areopagum ita dictum vult, quod ibi Amazones Marti sacra fecerint, sed ab ipsis Amazonibus, utpote quae essent Martis filiae. Cui adstipulatur etiam Eustathius in Dionysium Perieg.:  
 ἀπ' ὧν, ὡς ἐξ Ἄρεος ἀγομένων καὶ ὁ Ἄρειος πάγος  
 ἐν Ἀθήναις ὠνόμασται, οἷα μέχρι καὶ ἐκεῖ ἐλθουσῶν.  
 STANL.

V. 622. φόβος συγγενῆς non interpretandum est cum Wakefieldo: *timor ab natura inginitus*, sed significat: *timor cum reverentia cognatus, timor geminus*.

V. 624. 625. βορβόρῳ δ' ὕδωρ in plerisque libris et editionibus scriptum est. Hermannus vel δ' in δ' mutandum esse vidit, vel ut hi versus conjungantur cum antecedentibus, δ' inserendum duxit post κακαῖς, pleniore interpunctione ante κακαῖς posita. Grammatici veteres, qui hanc sententiam proverbii loco commemorant, βορβόρῳ — ποτὸν afferunt, ut, iudice Hermanno, κακαῖς ἐπιρροαῖσι cum praecedentibus ἐπικαινούντων νόμους copulasse et βορβόρῳ δ' ὕδωρ reperisse videantur. Quod ego secutus sum. Muellerus autem νόμους ἐπικαινοῦν κακαῖς ἐπιρροαῖσιν in ridiculum vocare tentavit, haec verba *die Gesetze durch schlechte Zuflüsse neuern* interpretatus, et frustra quidem, quoniam ἐπικαινοῦν non significat *novare et instaurare, quum depravatum sit aliquid*, sed omnino in malam partem accipiat, ut Latini *novis rebus studere* semper de iis dicunt, qui praesentem rerum statum, etsi bonus sit, mutare in animo habent.

V. 627. Vulgo τὸ μῆτ' ἄναρχον μῆτε. Neque hic

asyndeton aptum esse vidit Hermannus. Vide quae notav. ad v. 610. De sententia conf. v. 467 — 476.

V. 628. ἀναρχον et δεσποτούμενον accusativi pendent a περιστέλλουσι et repetendi sunt ad σέβειν. — περιστέλλειν autem significat θεραπεύειν, ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς ἀξιοῦν.

V. 634. Ego οὔτ' ἐν vulgatam servavi, etsi praepositionem altero tantum loco saepe poni sciebam, quia h. l. oratio mihi videbatur non satis concinna.

V. 638. εἴρηται λόγος male Muellerus alii que verterunt. Haec dictio, qua finis imponi solet orationibus, significat idem quod Hebraeorum *Amen*, quod interpretantur: *Ja, so soll's geschehn, so mag's geschehn*. His igitur verbis indicatur, omnia sic considerata et constituta esse, ut firma moneant, et si fieri possit, ad finem perducantur. Sic Eurip. Phoen. v. 1012. ed. Dind., postquam Menoeceus mortem sibi pro patria consciscere decrevisset, dicta causa, pronuntiat εἴρηται λόγος.

V. 639. Rixantibus inter se Eumenidibus et Apolline, iudices deinceps suffragia sumunt de altari, inque urnam jaciunt. Vide ad v. 663.

V. 643. Conf. v. 502.

V. 644. μαντεύσει νέμων. Sic Hermannus. Muellerus vulgatam μένων defendit, secutus Wellauerum, qui eam interpretatus est: *si ductus hic manseris neque huic rei te immiscere desines*. Quibus Muellerus addit, a Furiis moneri Apollinem, ne maneat iudicium caedis, quod veteres abominati sint, pollui eo veriti. Quod improbat Hermannus, quia sive maneat sive abeat Apollo contaminetur, quippe qui Oresti matris interfectori faveat favorisque documenta dederit in templo suo.



**Porro Furias neque velle dimittere Apollinem neque** posse ait, quoniam partibus invicem sibi imperare, ut relinquant locum iudicii, non liceat, nihilque intersit, utrum maneat an discedat Apollo, quia partes nihil possint amplius conferre ad iudicii eventum, quum iudices jam ferant suffragia. Itaque Furias nunc nihil aliud agere, quam Apollini exprobrare, *ipsum sibi arrogare iudicium de caede, quod non sui juris sit.* Conf. v. 502.

V. 645. 646. „Num vero pater meus consiliis suis excidit, aut fallitur, propterea quod supplicem Ixionem ad se conversum caedis piaculo primus liberavit?“ SCHUETZ. Vid. v. 405.

V. 647. *μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης.* Similiter Eurip. Phoeniss. v. 490. ed. Dind. ἂ μὴ κερήσας τῆς δίκης πειράσομαι δρᾶν.

V. 651. *Φέρητος* „respicit Alcestidem Admeti uxorem ab inferis revocatam. Conf. Eurip. Alcest. v. 28. sqq.“ SCHUETZ. Conf. Schol. ad Eur. Alc. v. 12. et Wuestemann. ad eund. l.

V. 656. Schuetzius, qui dedit *ῥπνω*, sequentibus Hermanno et Bothio, haec adnotat: „vulgatam quidem lectionem *οἶνω* sic defendi posse putat Wakefieldus, ut respiciatur ad vinum, cujus avidus bibendi venerit Orcus ad Alcestidis tumulum, coll. Eur. Alc. 857. Sed hanc rem nonnisi aegre huc trahi, ipse sensisse videtur. Itaque proponit etiam *δόλω*, quod etsi haud ineptum arbitror, non tamen cur Stanlejanae emendationi *ῥπνω* praeferendum sit intelligo.“ Conf. Wuestemann. l. l. et Mueller. Eumen. ad h. v. Videntur enim Parcae quum dii aliquando epularentur, vino deceptae fuisse ab Apolline.

V. 657. οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος significat idem quod v. 647. μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης.

V. 659. Vid. ad v. 144.

V. 662. sqq. De calculo Minervae disceptant cum Muellero Hermannus et Fritzsche. Et Hermannus quidem de illo iudicium nimis artificiosum videtur, et parum confirmatum Muellero, ut in Hermannus potius sententiam discederem, nisi plerique loci, qui commemorantur, ita comparati essent, ut non minus fere simplicem Muellero, quam exquisitam Hermannus opinionem juvare videantur. Nam primum qui gravissimus hujus rei auctor haberi debet, Euripides hoc de Oreste iudicium ita commemoravit: Iphig. Taur. v. 1483. sqq.

ἐκλώσασά σε

καὶ πρὶν γ', Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας  
κρίνας', Ὀρέστια, καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε  
νικᾶν, ἰσῆρεις ὅστις ἂν ψήφους λάβῃ.

*Ibid.* v. 961. sqq.

ἴσας δέ μοι

ψήφους διηρόθησε Παλλὰς ὠλένη·  
νικῶν δ' ἀπῆρα φόνια πειρατήρια.

*Electr.* v. 1274. sqq.

ἴσαι δέ σ' ἐκλώζουσι μὴ θανεῖν δίκῃ  
ψῆφοι τεθεῖσαι· Λοξίας γὰρ αἰτίαν  
εἰς αὐτὸν οἶσσι, μητέρος χρήσας φόνον·  
καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται,  
νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντι· αἰε.

Ex hic igitur cognoscere non possumus, de quo maxime quaeritur, utrum iudicium a Minerva vocatorum numerus par an dispar fuerit. Nam ex illis locis hoc quidem apparet, suffragia reperta esse paria, sed non satis liquescit, utrum paria, addito Minervae calculo, fuerint, an Minerva, per suum calculum, de ceteris

inventis paribus dijudicaverit. Idem valet de loco Dio. Cass. LI, 19. ἐκκλητὸν τε δικάζειν καὶ ψηφὸν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις, ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι ἐκέλευσαν, ubi suffragium, quod Princeps Romanus ad dijudicandum obtinuit, comparatur cum Minervae calculo. Idem quoque de Aristoph. in Ranis, κελადεῖ δ' ἐπὶ κλαυτον ἀηδόνων νόμον, ὡς ἀπολείται καὶ ἴσαι γένωνται. Jam loci, qui ad confirmandam Hermannii sententiam conferunt, hi sunt: Lucian. Piscat. c. 21. ἐμὲ δὲ ἦν που κρατούμενον ἴδης καὶ πλείους ὦσιν αἱ μέλαιναι, σὺ προσθεῖσα τὴν σεαυτῆς σῶζε. Id. Harmonid. c. 3. ὥστε ἦν που καὶ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χειρὸν ῥέπωσιν αἱ φῆφοι ἐν τῷ λόγῳ καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς προστιθεῖς ἀναπλήρου τὸ ἐνδόν παρὰ σεαυτοῦ. Schol. ad Aristid. Panathen. p. 108, 10. ed. Dind.: φασὶ δὲ ὅτι τῶν ἑξ θεῶν προστιθέντων ταῖς Ἑρινύσι, καὶ τῶν ἐ τῷ Ὁρέστη, μετέωρον ἔχουσιν τὴν ψῆφον Ἀθηνᾶν ὕστατον προστιθεῖσαν νικῆσαι αὐτὸν πεποίηκεν· εἰκότως· ὑπὲρ οὗ γὰρ τὴν ἐκείσε κρίσιν ἡγάπησεν, ἀντὶ χάριτος χάριν αὐτῷ εἰσηγήνοχεν. εἰ δέ τις εἴποι, πῶς τὸ ἴσον ἔχων τῶν θεῶν νενίκηκεν, ἔρεῖς, ὅτι θνητὸς ὢν τὰς ἴσας τῶν θεῶν ψήφους ἐδέξατο, διὰ τοῦτο νενίκηκεν. Ad quae Muellerus dicit, Lucianum minus mythologiae peritum esse quam Aristidem, quod et Hermannus negat neque ego putaverim, quamquam Lucianus satyrarum scriptor et comicus quasi poeta eadem fide, qua historiarum auctor vel orator, indignus esse videri potest. Locorum autem, qui Muelleri sententiam adjuvant, tres sunt: Aristid. orat. in Minervam: τὴν δὲ φιλανθρωπίαν (Minervae) οἱ περὶ Ὁρέστην λόγοι μαρτύρονται, ὃν φυγόντα μὲν ἐξ Ἀργεὺς Ἀθήναζε φεύγοντα δ' Ἀθήνησι δίκην

ὕπ' Ἑυμενιδῶν, ἴσων τῶν ψήφων γενομένων προσθε-  
μένη τὴν παρ' αὐτοῖς σῶζει. Καὶ τοίνυν ἔτι νῦν σῶζει  
πάντας, ἐὰν ἴσαι γένωνται. Et alium Schol. ad Aristid.  
Panath. p. 108, 7. Dind., ubi narratur, duodecim deos  
Orestis iudices fuisse, quorum quum sex calculi eum  
damnassent, sex autem absolvissent, Minervam postea  
advenisse et hujus sententia Orestem liberatum esse.  
Denique ait Julianus in Eusebiae encomio, Orat. II.  
Ἀθήνησι μὲν οὖν φασὶν ὅτι τοῖς πρώτοις ἔθελον ἔχρῳ-  
το, καὶ ἔξων τοῖς οἰκείοις πειθόμενοι νόμοις, μεγάλην  
καὶ πολυάνθρωπον οἰκοῦντες πόλιν εἴποτε τῶν δικαζόν-  
των οἱ ψῆφοι κατ' ἴσον φαίνοντο τοῖς φεύγουσι πρὸς  
τοὺς διώκοντας, τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπιτιθεμένην τῷ τὴν,  
δίκην ὀφλήσειν μέλλοντι, ἀπολύειν ἄμφω τῆς αἰτίας.  
Si igitur concedimus, idoneum auctorem esse Lucianum,  
tres numero loci sunt, qui Hermannō favent, tres, qui  
Muellerō; itaque quum paria sint utrimque suffragia,  
ad rem decernendam nova Muellerō quidem Minerva  
expectanda erit; ex Hermannō autem etiam paria vin-  
cant suffragia. Quae quum ita sint, priusquam alii  
loci apud ceteros inventi fuerint, ego quoque nihil certi  
dicere possum, quomodo hic Aeschyli locus intelligen-  
dus sit. Nam quem ex Wachsmuthii scholis, quas de  
antiquitatibus Romanis habuit, cognovi Ciceronis locum,  
in Orat. pro Milon. c. 3. §. 8., et ipsum rem dubiam  
relinquere puto. Ciceronis verba sunt: Itaque hoc,  
iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi  
homines memoriae prodiderunt, *eum, qui patris ulcis-  
cendi causa matrem necavisset, variatis hominum  
sententiis, non solum divina, sed etiam sapientissimae  
deae sententia liberatum.* Cicero enim, quum dicat  
*variassse hominum sententias*, non satis liquet, utrum

parem an disparem suffragiorum numerum intellexerit; nam *sententiae variare* dici non solum posse videntur, quum earum dispar numerus sit, verum etiam quum exempli gratia sex sententiae reum damnent, sex contra absolvant. At, perpensis illis veterum testimoniis, transeamus ad hunc Aeschyli locum. Jam vidimus, non satis elucescere, utrum poeta noster parem an imparem electorum iudicum numerum fecerit. Et Muellerus quidem putat numerum parem fuisse et duodecim iudices adductos esse a Minerva, quorum suffragia quum partita fuissent, deae calculo postea accedente Orestem absolutum esse. Cujus rei has causas attulit. Primum Minervam non posse iudicem se praestare et ceteris addere suum calculum, quia iudicium omnino detrectaverit (v. 435.); deinde si, addito deae calculo, pares evasisent sententiae, neque quidquam effectum decretumque fuisse et Minervam antea statuere debuisset, qui, latis paribus suffragiis, victores haberentur; denique vero Muellerus cum Boeclero (*de calculo Minervae*, Dissert. Acad. I, p. 270.) existimat, Minervae calculum seu suffragium *id genus paris numeri in sententiis variantibus vocari, quo reus absolvatur*. Et de hoc quidem Minervae calculo cogitasse veteres, quandoque reum, quum pares essent iudicantium sententiae, criminis absolutum declarassent; nunquam autem hunc calculum revera additum fuisse. Porro si Minerva non solum sententiam pro sua parte ferat, verum etiam decernat, victorem esse reum, quando paria suffragia fiant, necesse esse ait Furiis hoc singulari arbitrio vehementer commoveri et in deam irritari. Itaque Minervam existimat Muellerus non extemplo calculum suum adjecisse in urnam, sed expectasse, donec ce-

teri numerati essent, et tum demum, quum pares numero apparuissent (v. 681.), suo addito liberasse Orestem. Contra eum Hermannus haec animadvertit. Parvulum vocat hunc judicum conventum, si duodecim tantum Areopagitae a Pallade in scenam adducti credantur. Quamquam nihil interest, utrum plures an duodecim fuerint iudices, hoc tamen non probo, quum ab antiquis poetis constet non tam multos omnino homines in scenam convocatos esse, quam hodie; ac praeterea duodecim homines occupare haud exiguum spatium mihi videntur, praesertim quum etiam chorus tam numerosus sit, ut scena personarum fere plena conspiciatur. Rectissime autem observavit Hermannus, Minervam iudicium quidem detrectasse, sed ita tantum, ut non ausa esset sola iudicare de hoc crimine. Aperte hoc indicant verba: *ἐμὸν τόδ' ἔργον, λουσθῆσαν κρίναι δέκην*. Eam igitur in iudicantium numero et esse et haberi videmus, atque suffragium ut ceteros ferre potuisset. Quapropter Minervam, quum dixisset se Oresti benevolam esse, calculam posuisse in urna putat, neque dum essent numerati, exspectasse. Tum vero ab ea pronuntiatum esse, victorem haberi oportere Orestem, etiamsi pares reperirentur calculi, arbitratur Hermannus. Id deam significasse verbis: *νικᾷ δ' Ὀρέστης, πᾶν ἰσόψηφος κριθῇ*. Et inde quidem legem sancitam esse existimat et a posteris probatam, ut qui paria nancisceretur suffragia, ab omni crimine liberatus evaderet. Hoc igitur modo Minervae calculum intelligendum esse, non supervacaneum illum, sed ad rem iudicandam necessarium. Quod vero constitutum sit, ut paribus suffragiis reus criminis absolvatur, id positum esse in humanitate et naturae lege. Iram igitur Eu-

**menidum sibi non conscivisse Minervam**, quum et ex aequo Orestes absolutus esset, et, nondum numeratis calculis, esset a dea definitum, ut reus, si pares forent sententiae, innocens haberetur. In his maxime mihi displicet illud, quod Minerva, si Hermannii sententiam sequimur, causam nullam commemorat, cur paria suffragia vincant. Nimis enim obscura neque gravia satis mihi videntur pronuntiata esse: *νικᾷ δ' Ὀρέστης, καὶ ἰσόψηφος κριθῆ*, quamquam δὲ particula sufficit neque aut *μὴν* aut *νῦν* aut alias cum Muellero desideramus.

V. 665 — 666. *αἰνῶ πάντα — πατρός.* „Ut φιλεῖν πάντι τῷ θυμῷ Aristid. T. III, p. 712. Tum εἶμι τοῦ πατρός ut Eurip. Electr. v. 1102. οἱ μὲν εἰσιν ἀρσένων, οἱ δ' αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός. Estque elegans iste usus τοῦ εἶναι et γίνεσθαι τινος pro *teneri ac deditum esse*, ἔχεσθαι τοῦ aut ἐλέσθαι τινά.“ ABRESCH.

V. 670. *τευχέων.* Videtur *una* tantum *urna* intelligenda esse; nam si duae fuissent, dualem poeta, opinor, posuisset. Pluralem autem saepissime pro singulari a poetis usurpari, satis constat.

V. 674. „Quum singula propemodum verba clament, versum hunc non Eumenidibus convenire, sed Oresti, hujusque personam praeponendam (sunt enim quatuor ἀμοιβαῖοι), apparet quam inconsiderate hinc rursus reprehendendi poetae occasionem arripuerit Pauwius.“ HEATH. Sensus hujus versus est: *nunc mihi certum est aut laqueo perire aut vivere.*

V. 676. *ἐκβολὰς ψήφων* recte Schuetzcius explicat: *ψήφους ἐκ τευχέων ἐκβεβλημένας.* Hoc enim jusserat Minerva fieri (v. 670.).

V. 678 — 679. Vulgatam jure tuetur Hermannus eamque interpretatus est: *deficiente unica sententia, magnum oritur malum; suffragium autem unum, quod sententia tulerit, domum restituit saepe*. Nempe ad βαλοῦσα ex verbis γνώμης ἀπούσης repetendum est γνώμη, quae vox ita posita est, ut ὁ ψηφίζόμενος significetur. Neque igitur opus est aliorum conjecturis, et Muellerum, qui πάλλουσα scripserat, optime refutavit Hermannus, quum, quamquam πάλλειν intransitivum usum habeat, neque de calculis, qui moventur et jaciuntur, hoc verbum intransitive adhibeatur, neque participium praes. non absurdum sit.

V. 681. Vid. ad v. 662.

V. 685. ἔν τε χρήμασιν. Quod τε particulae nihil respondeat, mutata constructura factum esse putandum. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 631. Alii vero aut quaedam intercidisae arbitrabantur, aut ad verba Ἀργεῖος ἀνήρ αὐτοῖς intelligendum esse ἐστί.

V. 688. τρίτου σωτηρος i. e. τοῦ Διός. Vid. de hoc Jove Sospitatore Mueller. Eumen. p. 187. et Herm. Opusc. VI, P. II, p. 207. sqq.

V. 694. Muellerus ex Ald. recepit ἐςήσειν, quamquam et hoc sibi non satis placere indicat, hoc verbum ex intransitivo usu *irrumperē* interpretatus. Nam ἐποίσειν ineptum esse existimat, quia εὖ κεκασμένον δόρυ nihil aliud significare possit, quam: *bene exornatum hasta*. Quod ego non probo, immo minus poeticam duco illam lectionem ἐλθόντ' ἐςήσειν εὖ κεκασμένον δόρυ, quam simplicem ἐλθόντ' ἐποίσειν εὖ κεκασμένον δόρυ locutionem.

V. 696. sqq. Constructio horum versuum haec est: τοῖς παραβαίνουσι τὰ ἐμὰ νῦν ὀρκώματα πράξομεν



ἀμυγχανοῖσι δυσπραξίαις, ὥς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος, ὁδοῦς ἀθύρους κ. π. π. τιθέντες. Muellerus, cui admodum dura haec structura videtur, quam Hermannus indicavit, δυσπραξίαις ex conjectura edidit. At ineptum hoc esse demonstravit Hermannus, quia ἀμυγχανοῖσι cum τοῖς παραβαίνουσι conjungendum foret; et si quis δυσπραξίαις scribere velit, saltem ἀμυγχανοῦσι, ut verba intelligi queant, corrigendum esse. Caeterum mirandum est, quod illa verborum conjunctio, quae facillima est, Muellero displicuit.

V. 700 — 101. ὀρθοῦμένων et τιμῶσιν variata structura dictum est, ut elegantior fieret oratio.

V. 704 — 705. πάλαισμα ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις dicitur *lucta*, cui *hostis obsistere non potest*, σωτήριον autem, *per quam* cives et maxime amici civitatis, veluti nunc Orestes, *incolumes servantur*, δορὸς νικηφόρον denique, *quae victricem facit hastam et laude decorat*.

V. 706. Argumentum: *Eumenides conqueruntur, Orestem parricidii absolutum et dignitatem suam ac potentiam perditam esse. Constituunt igitur poenas hujus injuriae ab Atheniensium terra sumere*. Hoc carmen Hermannus verisimillimum videtur ab octo Furiis cantatum esse, quarum *prima* duos, *altera* septem versus, qui hos sequuntur, praefer voces ὦ δίκαι, quas *tertia* clamet, cecinerit. Reliquos autem tres versus sic inter eas distribuit: 4) στενάξω; 5) τί ῥέξω; 6) γελοῦμαι; 7) δύσοιστα πολλταῖς ἔπαθον. 8) ἰὼ μεγάλα — — ἀτιμοπενθεῖς.

V. 710. Hermannus ex optimis libris recepit ἰὼν, ἰὼν ἀντιπενθεῖ, quod est *sagitta*, qua *Furiae ulciscuntur injuriam ab Atheniensibus et Pallade sibi in-*

*latam.* Hoc telum deinde vocatur σταλαγμός καρδίας ἄφορος χθονί, *guttae pectoris terram corrumpentes.*

V. 715. 716. Vulgo γένωμαι sine sensu legitur, quare Muellerus γένωμαι δυσόιστα πολίταις edidit, πάθον, ἰὼ, μεγάλα τοι κόραι etc. conjungens; in quibus verbis nihil vituperat Hermannus, nisi quod πάθον omissio augmento vitiosum sit. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 160, p. 369. sqq. Itaque Hermannus cum Tyrwhitt. et Lachm. satius duxit γελῶμαι; scribere, verbis reliquis, ut vulgo exhibentur, servatis. Muellerus quidem ferri non posse dixit, quod conjunxerit Hermannus, δύσοιστα πολίταις ἔπαθον, quippe quae significant: *tuli, quae civibus intolerabilia sunt*; sed hic notavit, male interpretatum esse Muellerum haec verba, quae interpretanda sint: *tuli, quorum poenae civibus gravissimae luendae sunt.* Rectissime vero Hermannus; nam haec verba proprie significant, *tuli, quae ad ferendum civibus gravissima videntur* (ich litt, was die Buerger schwer zu tragen haben). Sic etiam Schol.

V. 717. ἀτιμοπενθεῖς. Hoc adjectivum, vox rariore compositione facta ex ἄτιμος et πενθεῖν, significat *ob contumeliam lugens.* In conversione mea Germanica hoc ausus sum imitari, non quia putaverim patriae linguae ingenium cum Graecia comparari posse, sed quia operam dare soleo, ut et Graecorum audaciam iis, qui linguam non cognoverint, illustrem, et nostra lingua Graecorum elegantia magis magisque excolatur. Dixi igitur *Schmachsbetruebniss*; quod si cui displiceat, ponere licet pro eo *Schmach und Truebsal.* Idem feci et aliis locis et nonnunquam apud Euripidem atque Sophoclem, quatenus non inficetum videbatur. Namque ego non is sum, qui laudem audaciam Friderici Rue-

ckerti, qua Orientalium scriptorum licentiam et gñstum corruptum imitatus vocabula conformavit, quae ferri nequeunt, horribilia et ad adspectum et ad intelligendum.

V. 719. Vid. ad v. 662.

V. 722. 723. Sententia est: *ille ipse, qui facinus mandavit, et ipse testatus est, Orestem poena liberum esse.* — βλάβας ἔχειν est *puniri*.

V. 725. σκῆψησθε. „Pro ἐνσκήψησθε, ut v. 806. ἐπιρρέπειν μῆνιν καὶ κότον τῇ πόλει, et v. 745. ὑπερθύμως δύσκηλον στήσαι χθόνα.“ ABRESCH.

V. 726. πλευμόνων σταλάγματα. Schuetzius haec adnotat: „Recepi nunc Wakefieldi emendationem. Nam πλευμόνων σταλάγματα idem significant, quod Eumenides v. 741. dicunt καρδίας σταλαγμόν. Vulgatam δαιμόνων σταλάγματα qui teneat, sic defendere possit, ut de *grandine* intelligatur, Furiarum ira segetibus immissa. Sic enim Theophrastus de C. Plant. V, 11. ὥς γ' ἐνται (scil. plantarum φθοραὶ) καὶ ἀπὸ τῶν δαιμόνων συμβαίνουσι, καθάπερ ἡ χαλαζοκοπία. Et grandines optime dici possunt αἰχμαὶ βρωτῆρες σπερμάτων ἀνήμεροι. Ceterum hic locus ceterique in hac tragoedia, ubi de noxis ex Furiarum ira in terram redundantibus agitur, optume illustratur his Callimachi versibus Hymn. in Dian. v. 124. sqq.

σχέλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐκμάξαι ὀργήν.  
κτινέα φιν λοιμὸς καταβόσκειται, ἔργα δὲ πάχνη.  
κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' ὑιάσιν· αἱ δὲ γυναῖκες  
ἢ βληταὶ θνήσκουσι λιγώϊδες, ἢ φρυγοῦσαι  
τίκτουσιν· τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη.“

V. 727. αἰχμᾶς, quod vulgo legitur et Hermannum et alios offendit, neque verbis βρωτῆρας et ἀνημέρους neque πλευμόνων σταλάγματα convenit; nam talis

imago ridicula potius quam ingeniosa videtur. Itaque ἀνχμᾶς scripsi, cogitans de v. 712. 713.

V. 729. „ἔδρας, sedes h. e. templum; unde Cic. de N. D. III, 18. *Sin haec dea est, cur non Eumenides quaeso deae sunt? quarum et Athenis fanum est et apud nos* etc. — κευθμῶνας, adyta, penetralia, templorum recessus. Conf. Eurip. Alc. 885. Musaeus v. 119. ἔσχατα τιμήεντος ἁγῶν ἐπὶ κεύθεα νηῶ.“ WAKEF.

V. 747. 748. Interpretes commemorant Servium ad Virgil. Aen. I, 46.; ubi de Minerva dicitur: *Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem Disjecitque rates, evertitque aequora ventis*. Porro Callimach. Jac. Pall. 131.:

ὥς φασμένα κατένευσε· τὸ δ' ἐνιελὲς, ᾧ κ' ἐπινεύσῃ  
 Παλλὰς, ἐπεὶ μούνη Ζεὺς τόγε θυγατέρων  
 δῶκεν Ἀθαναίᾳ παιρῶϊα πάντα φέρεσθαι.

V. 750. 751. „γλώσσης ματαίας καρπὸς sunt linguae, ira concitatae, imprecationes, quibus efficitur ut omnia mala procedant.“ SCHUETZ.

V. 752. πικρὸν μένος, τὸν θυμόν. Schol.

V. 754. Alii τῆς δ' ἔτ' ἀκροθίνια scripserunt, fortasse rectius, quum ἔτι significet, aliquid accedere ad ea, quae dea promisit v. 753.

V. 754 — 756. Sensus est: *tu profecto laudabis sermonem meum, quum magnae hujus regionis primitias, quae tibi pro liberis atque nuptiarum successu sacrificabuntur, in aeternum fueris adcepta.*

V. 757. Hoc cantu conqueri pergant Furiae, quod, deorum fraude atque injuria, tantum malum sibi acciderit, et invocant Noctem matrem, ut ipsarum dolorem

animadvertat. Hermannus hoc carmen inter octo Furias ita distribuit:

1) ἐμὲ παθεῖν τάδε,

2) φρεῦ.

1) ἐμὲ παλαιόφρονα, κατὰ τε γᾶς οἰκεῖν αἰτίειον

3) φρεῦ

1) μῖσος.

4) πνέω τοι μένος ἄπαντα τε κύτον.

5) οἷ οἷ δᾶ

6) φρεῦ.

7) τίς μ' ὑποδύεται πλευρᾶς ὀδύνα;

8) θυμὸν ἄϊε, μάτερ

Νύξ· ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαμαιᾶν θεῶν δυσπάλαμοι  
παρ' οὐδὲν ἦσαν δόλοι.

V. 759. 760. οἰκεῖν ἀτίετον μῖσος significat *habitare non ultam odium*, non ulta injuria.

V. 765. τιμᾶν δαμαιᾶν. — Dicunt Eumenides *jus*, quod habent, *puniendorum parricidarum*.

V. 769. 769. καίτοι γε μὴν particulae quum significant *verumtamen*, Hermannus vidit lectionem vulgatam καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφώτερα non recte se habere, ex eaque nimis modeste loqui Minervam. Emendavit igitur καίτοι γε μὴν οὐ κάρτ', ut sensus sit: *quamquam tu quidem aetate provector es, verum non tamen sapientior es, quam ego; nam neque mihi parce sapere dedit Juppiter*. Muellerus, ut Hermanni reprehenderet emendationem, καίτοι γε μὴν particulas male interpretatus est *verum*, atque κάμοι cum injuria duxit non satis aptum fore, si scribatur οὐ σοφώτερα. At enim κάμοι non solum satis aptum esse notat Hermannus, verum etiam necessarium, quum Minerva se comparet cum Eumenidibus.

V. 773 — 776. καὶ σὺ τιμίαν — βροτῶν. „ἔχουσα

τεύξει pro ἔξεις, de qua periphrasi plura *Diluc. Thucyd.* p. 484. Structurae ordo est: καὶ σὺ τείξει ἔχουσα ἔδραν πρὸς τοῖς τοῦ Ἑρεχθέως δόμοις τιμίαν παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων, ὅσῃν — βροτῶν. ARRESCH.

V. 779. ἐμμανεῖς, quod pertinet ad βλάβας, ad sententiam idem est quod ἐκμαινούσας. *Cotes* vocantur *juvenilium viscerum corruptrices*, quae *furorem incitant perturbationibus animi sine vino effectis*.

V. 780. μηδ' ἐξελοῦσ' ὥς καρδίαν ἀλεκτόρων. Construe: μηδ' ἐξελοῦσα καρδίαν sc. τῶν ἀστῶν, ὥς καρδία ἀλεκτόρων ἐξήρηται. Lectio vulgata non tentanda est. Galli, ut constat, nunquam sibi amici sunt, sed semper inter sese pugnant; quare si Furiae eripiunt καρδίαν τῶν ἀστῶν, amorem civium erga se, amicitiam mutuam, oriuntur bella civilia, ut galli gallos impugnant. καρδία significat, ut cor, omnes sensus animi et studia, et qui excors factus est, is fit bestiarum simillimus. Ex virorum doctorum conjecturis commemoratu digna est, quam fecit Hermannus, pro ἐξελοῦσ' scribens ἐξέδουσ', quod ut firmaret, commemoravit Homeri illud θυμοβόρος ἔρις, et Apollon. Lex. Hom. s. v. θυμοβόρον, et Wakef. ad Soph. Trach. v. 142. Quibus exemplis si comparamus nostrum locum, opinetur aliquis scribendum fuisse potius: ἐξέδοντ' — Ἀρη. Postea vidi, Muellero quoque displicuisse, hanc imaginem, quae Martis est, ad ipsas Furias referri.

V. 783. θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις παρών. Admodum languidum est, quod nonnulli scripserunt, οὐ δόμοις παρών, neque multo gravius, quod conjecit Hermannus, ἧ μόλις παρών. Lectio vulgata sanissima mihi videtur. Dixerat poeta a bello civili abhorrendum

esse. Bellum, pergit, extraneum esse debet, et extraneum bellum ne vix quidem praesens, appropinquans finibus, sed quam longissime remotum esse debet a patria. Nam quo minus prope geritur bellum, eo magis elucescit virtus civium atque gloriae studium; in eo igitur, ut non appropinquet bellum, maximam laudem positam esse. De pugna apud Marathonas non cogitatur.

V. 803. *πειθοῦς* corrigendum et majuscula littera scribendum est. Recte enim adnotat Schuetzius: *Παθὼ* est *Suada* dea, quod clare intelligitur ex v. 957. sqq. *στέργω δ' ὄμματα Πειθοῦς ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾶ πρὸς τάςδ' ἀγρίως ἀπανηναμένας.* Adeoque *μείλιγμα καὶ θελκτήριον* appositionis figura referuntur ad *Πειθοῦς* *σέβας*. *At si revereris Suadae majestatem, quae linguam meam demulcendi ac deliniendi vi imbuit.* Aptè laudavit Wakefieldus fragm. ex Eurip. *Antigon.* οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγοι καὶ βωμὸς αὐτῆς ἔστιν ἀνθρώπου φύσις.

V. 813. *εὐθνεῖν*, *εὐπαθεῖν* Hesych.

V. 815. Sensus est: *faciam hoc; nam curabo, ut, qui te pie coluerit, prospera utatur fortuna.*

V. 818. *μεθίσταμαι νότου.* „ut λύπης, φόβου μεθίστασθαι. Eurip. *Heracl.* v. 796. *νέος μεθίστημ' ἐκ γέροντος αὐθις αὐ.* Et Aristoph. *Vesp.* v. 1450. ed. Dind. *ζηλῶ γε τῆς εὐτυχίας τὸν πρέσβυν, οἷ μίτεσσι ξηρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς.* ABRESCH. Conf. Soph. *Antig.* v. 718. *ἀλλ' εἶκε θυμοῦ καὶ μετὰστασιν δίδου.*

V. 821. *νίκη*ς μὴ *κακῆς* ἐπίσκοπα. „pro ἀγαθῆς καὶ καλῆς. Ut *φορονεῖν μὴ κακῶς* v. 769. et contra μὴ *καλῶς* pro *κακῶς* *Prometh.* v. 1011. — ἐπίσκοπα pro *τυγχάνοντα*, vid. Hesych. et Not. quo sensu frequens. Them. *Orat.* VIII, p. 116. B. XI, 143.

A. etc. Conf. Spanh. ad Julian. p. 114.“ ABRESCH. Vid. v. 910. et Mueller. Eumenid. p. 178. et quod ad v. 831. notavimus.

V. 822. „Hic locus mirifice illustratur carmine Choeph. v. 581. sqq, ut enim ibi mala hominibus ex terra, e mari, e fulguribus coeli, et ventorum tempestatibus impendentia memorabantur, sic hoc loco Minerva petit, ut Eumenides ex omnibus hisce naturae partibus Atheniensibus bona paret.“ SCHUETZ. Recte quidem animadvertit Schuetzcius ἐκ πορείας δρόσου, *ex marino rore*, poetica circumlocutione dictum neque aliud esse quam *ex mari*, sed notandum erat, per δρόσος indicari *maris fertilitatem*. Neque, ut Schuetzcius putat, verba ἐξ οὐρανοῦ pertinent *ad fulgura*; nam non solum fulgura mittit coelum, verum etiam multa alia bona.

V. 824. εὐηλίως πνέοντ'. *Venti dicuntur claro sole spirantes*, ut australium terrarum naturae atque coelo accommodatissimum est. Ibi enim, quum per multum anni tempus sol ardeat, auris terra recreatur. Sol ut luceat, optat poeta, sed ne aestu premantur homines ac segetes, ventorum flatum precatur saluberrimum. πνέοντ' ἐπιστείχειν idem fere est quod ἐπιπνέειν, nisi quod verbo ἐπιστείχειν indicatur lenis cursus venti et innoxius. Ineptissime conjecit Wakefieldus εὐηρίως.

V. 825. ἐπὶ ῥῶτον, *uberem, copiose adfluentem*. Interpretes comparant Horat. Od. I, 17, 15. hic tibi copia *manabit* ad plenum benigno ruris honorum opulenta cornu.

V. 826. ἀστοῖσιν — μὴ κάμνειν χρόνῳ, *proprie ne quando fruges civibus suppetentes marcescant, h. e. ne fiat, ut civibus aliquando inopia fru-*



gum sit. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 550. 7. b. p. 1277. et conf. v. 799.

V. 828. ἐκφορωτέρα. Muellerus, secutus Abreschium, imaginem *de elatione funeris*, quae dicitur ἐκφορὰ, ductam esse arbitratur. Sed recte Schuetzius ad h. l. notat: „aplius est, ἐκφορωτέρα sic interpretari, ut Aeschylus respexerit ad *noxias et inutiles herbas, quae ex horto egeruntur et extirpantur*. Hoc enim interdum dicitur ἐκφορεῖν. Wakefieldus ἐκφορωτέρα reddit *infructuosior*, q. d. illis facias potius *vacuam* domum quam *plenam*. Enimvero si hoc voluisset Aeschylus, τοῖς δυσσεβοῦσι scribendum erat. Heathii vero ratio textum pariter ac sententiam corrumpit: τῶν δ' εὐσεβοῦντων ἐκφορωτέρα τέλοις. *Piorum vero semina ut partum maturum sortiantur magis efficias*; in quo nihil aliud lucramur, quam inanem sententiae v. 827. jam aliis verbis luculentius expressae repetitionem.“

V. 829. „Optume hortulanus dicitur φυττοποιὴν, *plantarum pastor*, ein Hueter und Pfleger der Pflanzen. Heathius quidem Turnebianam lectionem φυττοποίησην veram esse vidit, sed parum recte intellexit. Accepit enim *de homine, cui cura prolem pecudum tenellam educendi commissa sit*. Atqui si hoc significare voluisset Aeschylus; ποιμένος, non φυττοποιένος scripsisset.“ SCHUETZ.

V. 831. Apparet ex his, v. 821. νίκη non solum de victoria in bello ex hostibus ferenda intelligendum esse, sed omnino significare *victoriae coronam, qua dea cupit Athenienses decorari ante omnes populos*, florem suorum civium, auctas opes et beatam vitam, qua ceteris praestent gentibus. Hoc ut efficiatur, mu-

nus esse Eumenidum. Jam addit Minerva, se quidem, quae ad bella ipsa pertineat, facturam, ut Athenienses victores sint omnium terrarum. — ἀρείων i. q. ἀρείων. Schuetzius commemorat Eurip. Suppl. v. 124. ἀρείφατοι φόνοι, et Hesychium: Ἀρείφατον λῆμα· λυχυρόν· ἀντὶ τοῦ· Ἄρει ἐοικώς. Ἀλχυλος Νεανίσκοις.

V. 834. Argumentum hujus carminis est: Eumenides, Minervae dictis delenitae, Athenarum urbi precantur faustissima quaeque et exoptant civibus munera, qualia dea v. 821 — 830. significavit. Ac primum quidem optant, ut serenum solis jubar e terra gignat omnium rerum copiam, quae vitam jucundam reddant et fortunatam; deinde ut arbores terrae et segetes cum gregibus florent neque noxiis ventis atque morbis diruantur; porro, ut flos virorum mulierumque a Parcis, summis deabus, illaesus conservetur. Denique Furiae precantur, ne gerendis bellis civilibus Atheniensium vires consumantur, sed discordiarum immunes vivant cives. Inter haec Minerva Eumenidibus gratias agit, quod se tam benevolae civibus praestent, populoque gratulatur, quod in civitatem receptae sint hae deae, quarum potestas tanta sit, ut quae velint ac promittant, et in Orco et in terra facile possint perficere. Itaque civium esse officium ait, ut eas pie colant omninoque justam vitam agant. Ad postremum invicem sibi valedicunt.

V. 834. ἀτιμάσω non ab ἀτιμᾶν, sed ab ἀτιμάζειν derivandum esse, ostendit metrum antistrophae; illud significat *cum ignominia afficere*, ἀτιμάζειν autem *spernere, repudiare*. Sententia igitur est: *Furias Pallados contubernium et sedem in urbe Athenarum sibi oblatam libenter accepturas esse.*

V. 836. δυσίβωμον — δαιμόνων. „Stanl.

vertit: *liberans per altaria Graecos delectamentum deorum*; qua ex versione nemo vel pistillo sensum extundat. Immo vero Athenae dicuntur *deorum praesidium et decus, quoniam altaria eorum reficiant, ac templa sarta tecta tueantur.*“ SCHUETZ.

V. 845. sqq. ὁ δὲ μὴ κύρσας etc. Hic locus, ut vulgo legitur, corruptus est, et Schuetzcius haec adnotavit: „vulgatam quidem lectionem ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρῶν τούτων sic exponere tentat Abreschius: *Has qui non expertus fuerit graves, acerbis et infestas, etsi priorum delicta morti eum succumbere cogant, tamen calamitatum malorumque, quae manent impios, expers agit.* At non cogitavit vir doctus hanc sententiam iis, quae proxime sequuntur, prorsus repugnare. Itaque si βαρῶν servandum putas, legendum est ὁ δὲ μὴν κύρσας. *Quisquis vero has deas nactus est graves et iratas, ipse nescit, unde ipsi accidunt vitas calamitates. Alia enim crimina ex aliis prioribus nata eum in has detrudunt, ac tacita perniciēs, etiamsi vehementer vociferantem inimico irarum impetu perdit.* Nobis vero nunc aptissimum visum est ὁ δὲ μὴ κύρσας πρῶν τούτων reponere. *Quicumque vero has Eumenidas non fuerit expertus mites et mansuetas, sed potius iratas,* etc. Omnino ad illustrandum h. l. comparandi sunt versus 482 — 493.“ Aptius etiam comparandi mihi videntur versus 299—308. Muellerus vero, Pauwium secutus, exhibuit: ὁ δὲ δὴ κύρσας βαρῶν τούτων, quod reddit: *Wen aber der Zorn des Gefuerchteten drueckt, er weiss nicht, woher sein Leben die Schlaege betreffen.* Negat Hermannus, talem sententiam in illis verbis, quae ediderit Muellerus, inesse, immo nullam inesse; nam βαρῶν

τούτων intelligi omnino non posse, nec apparere, quo τούτων referri debeat. Defendens postea hanc lectionem, quam exhibuit, Muellerus, βαρῶν τούτων de Furiis accipi jussit cum aliis, quos supra Schuetzius commemoravit; corrigendum igitur esse *der Gefuerchteten* pro *des Gefuerchteten*. Hanc interpretationem, quoniam grammaticae leges violet, improbat Hermannus, praesertim quum poeta, si voluerit Eumenidas significare, facile scribere potuerit: τῶνδε βαρῶν. Ipse igitur, caeteris servatis, emendavit βαρῶν τέκτων, ut sensus sit: *is autem, qui nihil mali perpetravit, nescit, unde vita sua calamitosa sit; nam poenas eorum, quae majores peccaverunt, Furiae sumunt*. Quam sententiam Muellerus ait per se quidem optimam esse, hoc autem loco ineptam, quum dicendum saltem fuisset: *Etiam is adeo, qui nihil perpetravit mali, nescit unde puniatur; praeterea etiam hoc in Orestem non convenire*. Sed recipere non dubitavi conjecturam illam Hermannii, quum recte ad haec respondisse videatur, neque ineptam esse hanc suam sententiam, neque opus esse ut *etiam is* dicatur, quia totius loci sensus hic sit: *Eumenides regunt omnia, et, si quis nihil peccaverit, inexpectata plaga punitur, atque muta perniciēs perdit etiam superbos*. Quod autem de Oreste moneat Muellerus, id cadere in ipsius quoque lectionem; at de Oreste hoc loco omnino non cogitari.

V. 849 — 851. Vulgatam retinuerunt Dindorfius et Muellerus, secuti Wellauerum, qui adnotaverat: „σιγῶν δ’ Herm. Schuetz. Both. contra librorum auctoritatem et sensu depravato; σιγῶν ὀλεθρος est appositio praecedentium.“ Interpretatus autem est Muellerus μέγα φωνοῦντα: *quamvis alta voce clamet*, et

quum Hermannus monuisset; hoc καὶ καὶ μέγα φωνοῦντα dicendum fuisse, respondit καὶ facile intelligi. At recte vidit Hermannus, καὶ neque deesse posse neque unquam verba μέγα φωνοῦντα significare: *quamvis clamet alta voce*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 566. 3-

V. 852. πνεοι. „Nam arboribus fovendis *aurae* plurimum inserviunt, ita supra v. 823., et fructibus foliisque potissimum inimicus venit rubiginosus aer. Hinc Horat. Carm. Saec. v. 32.: nutrant foetus et aquae salubres *et Jovis aurae*; et Valer. Flacc. VI, 340. Edonis *nutritum* missile *ventis*; idem poeta ibid. 712. Qualem si quis aquis et fertilis ubere terrae educat ac *ventis oleam felicibus* implet. Conf. etiam Hom. Il. I, 256. “ WAKEF. Verba τὰν ἐμὰν χάριν λέγω recte Schuetzius interpretatur: *pergo enim beneficia mea enarrare*.

V. 853. φλογμοῖς ὀμματοστερῆς φυτῶν scripsit Hermannus, ut ὀμματοστερῆς cum βλάβᾳ conjungeretur, emendatione et facili et propter constructionem verborum atque metrum necessaria. φλογμός de *solis ardoribus* dicitur. Interpretes huc referunt Horat. Od. III, 1, 36.: *arbore nunc aquas culpante, nunc torrentia agros sidera* nunc hiemes iniquas; et ibid. 23, 5.: nec pestilentem sentiet Africum fecunda vitis nec *sterilem seges rubiginem*. τὸ μὴ περᾶν ὄρον τόπων. Vid. Herm. ad Soph. Aj. v. 114. et Matth. Gr. Gr. §. 543. Sic supra v. 209. εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾶς, τὸ μὴ τίνεσθαι μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ.

V. 855 — 858. Dobreei conjectura qui, servato τρέφοι verbo, εὐθenoῦντα γὰρ scribendum suspicatus est, improbanda cum Hermanno propterea est quod terra μῆλα τρέφειν χρόνῳ τεταγμένῳ non recte dici posse videtur, quoniam terra *eodem anni tempore* florere

solet, ut greges nutrire possit. Hermannii emendationem hujus loci, quae satis idoneis documentis confirmata est (vid. Opusc. Tom. VI, P. II, p. 111.), non dubitavi recipere. Quod Muellerus post γόνος supplevit δὲ παῖς, admodum languidum esse animadvertit Hermannus, qui quum verba γόνος δὲ γᾶς — τίλοι *de Atheniensium fodinis argenti*, quae etiam ab Aeschilo in Pers. v. 234.: ἀργύρου πηγή τις αὐτοῖς ἐστὶ, θησαυρὸς χθονός commemorantur, manifesto intelligenda esse dixisset, postea a Muellero reprehensus est, quia ineptum sit hic fodinas laudare, ubi poeta loquatur de ovium foetu atque hominum partu. Putabat enim Muellerus, ἐρμαῖαν δόσιν significare Mercurium, agrorum et pascuarum custodem, cujus beneficio alantur greges, terram et civium opes augentes; fodinarum autem deum esse Vulcanum, non Mercurium. Sed optime defendit Hermannus interpretationem suam; nam quum ἐρμαῖα δόσις idem sit quod alias ἐρμαῖον, hoc apte dici *de metallis, quae reperiuntur*, quoniam fortunae et Mercurii muneri deberi videatur, quandocunque vena dives inveniat a metallicis. Quare hos hodie etiam sibi optare inter sese consuevisse ait: „*Glueck auf.*“ Denique vero sententiarum cohaerentiam, quam Muellerus depravaverit, aptissimam esse monuit; hac enim strophā enumerari munera terrae, quae primum fruges ferat, deinde greges alat, tum denique metalla gignat. De hominum autem secunda fortuna ac salute, non vero de partu hominum, quemadmodum Muellerus falso dixerit, agi demum strophis sequentibus. Caeterum Atheniensium fodinas in montibus, qui Λαύριον ὄρος nominabantur, fuisse constat. — γόνος πλουτόχθων explicat Schol. ὁ ἐκ γῆς πλουτέων καρπός.

V. 859. πόλεως φρούριον vocantur *cives optimates Atheniensium*, quos iudices elegerat et secum in scenam duxerat Minerva. Vid. v. 451. κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα ἤξω.

V. 860. sqq. De sententia conf. v. 844. sqq.

V. 863. πανερῶς τελέως διαπράσσουσιν, „Furiae dicuntur hominum causas et fortunas *manifesto* et *efficaciter* tractare, manifesto quidem, ut quis earum vim sentiat; efficaciter, ut nemo earum consilia et potestatem inhibere possit.“ SCHUETZ.

V. 864. αἰδᾶς, intellige *vitam* voluptatis et laetitiae tam plenam, ut nihil nisi *cantus* esse videatur.

V. 865. δακρύων βίον ἀμβλωπὸν, „δακρύων βίος est vita lacrymarum plena, lacrymabilis, aerumnosa; ἀμβλωπὸς vocatur metaphora a lacrymis oculorum aciem hebetantibus petita, quod apte Wakefieldus illustrat loco Senecae tragici Here. fur. v. 1043.: *quid hoc est? errat acies luminum visusque moeror hebetat.*“ SCHUETZ.

V. 866. Sensus est: *precor, ne accidant juvenum praematurae mortes et acerba funera*; ἀπεννέπειν est enim vetare, abominari.

V. 868. „βίοςτος ἀνδροτυχῆς dicitur virginis conditio, quae justo tempore et fausto eventu sponso elocatur.“ SCHUETZ. κύρι' ἔχοντες sc. οἱ θεοί, sunt intelligendi dii, quorum in tutela posita sunt conjugia, *Venus, Juppiter, Juno*. Vid. v. 203 — 205.

V. 869. Parcae ab Eumenidibus vocantur μητρο-κασιγνήται, *sorores uterinae*, κασιγνήται ὁμομή-τριοι. Vid. quae de his disputavit Herm. Opusc. VI, P. II. p. 113. sqq. et Mueller. Eum. p. 184. Sic Parcae et Eumenides juxta nominantur apud Aeschyl. Prometh. v. 514. Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἐρινύες.

V. 872. 873. „Haec sententia mirum in modum obscuratur interpunctione vulgari, qua post ἐπιβριθεῖς commate distinguitur, quod autem sequitur ἐνδίκους δουλῆαις cum ultimo versiculo jungitur. Immo comma post ἐπιβριθεῖς tollendum ac post ἐνδίκους δουλῆαις plenius distinguendum est. Qua ratione servata sensus oritur aptissimus: *O deae justitiam et legum rigorem sancte observantes, omnem domum ex aequo invisentes* (sc. ab omni partium studio alienae) *omnique tempore justo accessu irruentes, omnino autem honoratissimae dearum.* Conf. supra v. 317. sqq.“ SCHUETZ.

V. 877 — 879. Vid. v. 803.

V. 880. Ζεὺς ἀγοραῖος, „ἀγοραῖος, epithetum compluribus diis commune, tum praecipue iis, qui rebus forensibus et facundiae praesunt, quo sensu de Jove intelligendum hoc loco. Accedit, quod a Plutarcho de genio Socratis narratum, nempe Socratis patrem Oraculo monitum fuisse, ut sacra faceret ὑπὲρ αὐτοῦ (nempe pro filio recens nato) *Αἰτ' ἀγοραῖω καὶ Μοῦσαις.*“ STANL.

V. 881. 882. Recte Schuetzium interpretatur: *bonorum lites, quas meas facio, semper vincunt.*

V. 883. 884. Interpretes laudant Virg. Aen. I, 295. Furor impius intus sacra sedens super arma et centum vinctus aënis post tergum nodis *fremet horridus ore cruento.* Et Lucan. IX, 217. *fremit interea discordia vulgi.*

V. 886. Constructio verborum est: κόνις ἀρπαλίσαι ἀντιφόνους ἄτας πόλεως δι' ὄργον ποινᾶς. De optativo ἀρπαλίσαι conf. Erfurdt. ad Soph. Ant. v. 410. Vulgo δι' ὄργον ποινᾶς legitur, ut ἀντιφόνους ἄτας, quae verba commate distingui solent, appositionis loco dicantur. Quod quum frigere sensisset Hermannus, Pauwii



emendationem δι' ὀργὰν ποιινᾶς recepit, *ob iram poenae*, h. e. ob vindictam.

V. 890. στυγεῖν, quod pendet ab ἀντιδιδόειν, mutata structura dictum est pro στύγος substantivo.

V. 900. Ἰκταρ—Διός, „nempe Juppiter quoque ob templa ipsi sacrata, quae inter celeberrimum illud Jovis Olympii templum eminebat, Athenis sedem cepisse ferebatur.“ SCHUETZ. Vid. v. 835.

V. 903. Παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς „nihil aliud significat, quam *sub tutela Palladis*. Alae nimirum hoc loco metaphorice, non mythice, interpretandae. Idem adversus Winckelmannum J. H. Vossius (Mytholog. Briefe, P. II, p. 32:) monuit.“ IDEM.

V. 908. κατὰ γῆς σύμεναι. „In fano Eumenidibus dicato erat cella subterranea, ubi nocturna iis sacrificia fiebant. In hanc igitur cellam deducuntur, indeque finguntur ad Tartarum descendere.“ IDEM.

V. 909. 910. De sententia conf. v. 821 — 830.

V. 913. 914. Proprie: *Bonorum bonum studium civibus sit*, h. e. cives semper ita se gerant, ut virtutem quantum possint exercent, ut felices sint neque ab Eumenidibus malorum ultricibus puniantur; vid. v. 918. 919.

V. 926. De hoc loco vid. quae Hermannus, Opusc. Tom. VI, P. II. p. 117. sqq. disseruit contra Muellerum.

V. 931. Cantus qui sequitur hoc est argumentum. Minervae, quae ut dixerat supra (v. 904.) prior abiit, sacerdotes precibus hasce deas inquilinas colunt una cum iis, qui comitantur Eumenidas, viri, mulieres, puellae, juvenes, pueri, flos terrae Atheniensium. Et sacerdotes quidem singulae priores quosque versus canunt, postea finem cujusque strophae ceteri homines universi fortasse una cum sacerdotibus. Promittunt autem summos Furiis

honores in hac terra tributum iri, ut civibus benevolae maneant et propitiae. De hoc carmine, quod propter numeri et sententiarum simplicitatem et a Muellero et ab Hermanno vehementer laudatur, tam bene meritus est Hermannus, ut, quae et ad metrum et ad sensum spectant, nulla egeant vel explicatione vel defensione.

---

## CORRIGENDA.

- Pag. 13. l. 2. *scribe* ὡς  
„ 52. l. 9. *scribe* κελεύσαι.  
„ 66. l. 20. *scribe* τῆςδ' ἔτ' ἀκροθίνια.  
„ 81. l. dele punctum post *πρεσβυτέρων*.  
„ 142. l. *scribe* constituo.  
„ 159. l. 5. *scribe* maneat.

Caeterum in conversione mea Germanica dele p. 25. ultima verba: *auf einem mit Rossen bespannten Wagen*, per errorem sribae introducta.

---

**AESCHYLI**  
**TRAGŒDIAE.**

---

IN  
SCHOLARUM ET ACADEMIARUM

USUM

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT  
**JOANNES MINCKWITZ.**

---

**VOL. II.**  
**PROMETHEUS VINCTUS.**

---

**LIPSIAE**  
**APUD EDUARDUM KUMMERUM**  
**MDCCCXXXIX.**



**VIRO AMPLISSIMO**

**G R O E B E L I O**

**SCHOLAE AD AEDDEM CRUCIS RECTORI DOCTISSIMO**

**RECONCILIATAE PER JUVENILEM ERROREM  
LAESAE**

**GRATIAE**

**PERPETUUM TESTIMONIUM**

**HOC OPUS SACRATUM ESSE VOLUIT**

**AUCTOR.**



## PRAEFATIO.

**Q**uoniam quae ad hanc tragoediam praefanda essent in conversione ejus Germanica satis exposuisse mihi videor, nonnulla tantum verba de Graeca hac editione addam. Primum in recensendo hoc opere quamquam non pauca correxi vel ex conjecturis et aliorum et meis novavi, tamen non tantus conjecturarum numerus a me exhibitus est, quantus ab Aeschylī editore expectari solet, quum non tam corruptam hanc tragoediam esse viderem, quam vulgo putatur. Ubicunque autem aliquid aut mutatum aut non mutatum est, operam dedi, ut causas et argumenta, cur hoc vel illud scriberem, probarem vel improbarem, quantum fieri posset, luculentissime explanarem. Inter eos, quorum commentarios in meum usum



converti, maxime Schuetzium est et Blomfieldus nominandus. Et hujus quidem praecipue exemplorum in Glossario congestorum copia adjutus sum, quum Schuetzii animadversiones, quae ad judicandam poetae elegantiam spectabant, plerasque vel integras reciperem vel locupletarem vel emendarem. Collectis variis lectionibus, quaecunque mihi innotuerunt, luculentior scripsi commentarium, quam qui ad primam Aeschyli fabulam editus est. Audivi enim a viris doctis, quibus meam Aeschyli editionem non prorsus improbatam esse laetor, nonnulla in primo volumine me praeteriisse, quorum interpretatio discentibus utilis esset. Id propterea illo tempore accidit, quod putabam, conversionem Germanicam loco plenissimi et uberrimi commentarii esse. Sentiebam autem fieri non posse, quin aliis justo plura, aliis justo minora explicata esse viderentur, quum tale opus sua quisque doctrina judicet et metiatur. Nonnulla igitur si hic commemorata sint leviora juxta gravissima, neque miran-

dum erit neque valde reprehendendum. Sin graviora quaedam et explicatione egentia praetermissa sunt, ignoscere viros doctos rogatos volo; incuria enim vix quidquam omissum est. Ut autem opus erroribus vacuum a nemine scribi potest, ita ego nunquam existimavi, me perfectum aliquid et omnibus numeris absolutum protulisse, sive verterem, sive commentarios scriberem, sive alia opera conficerem. Hoc ego neque dixi unquam neque scripsi neque volui significare. Nihilominus subito in arrogantiae injustam famam et criminationem incidi, non modo apud vulgus Germanicarum literarum studiosum, maxime Judaicum, sed etiam apud philosophos quosdam et philologos, qui animum meum non satis perspexerunt. Illos ego doctos homines et sapientes moneo, ne inconsiderate et festinanter tale quid aut scribant aut loquantur, atque rogo vehementer, ut quibus temporibus et quibus de caussis et a quibus provocatus scripserim vel certaverim, accurate velint ponderare. Vix enim is arro-

gans esse potest, qui non acquiescat in suis, sed semper studeat, ut ea quae deinceps edat perfectiora sint. Equidem in posterum, a viris amicis monitus, diligentissimam operam dabo, ut quam mitissimus appaream et lenissimus, neque alius esse videar, atque revera me habeo. Hoc autem quam maxime opto, ut tandem et alii viri docti de iis, quae scripsi, benevole judicent, et Godofredus Hermannus, cui semper summam auctoritatem tribui, potissimum Germanicarum interpretationum aliquam habeat rationem.

*Lipsiae, Id. Jun. MDCCCXXXIX.*

---

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

---

AESCHYLI PROMETHEUS VINCT.

1



## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

*Προμηθεὺς ἐν Σκυθίᾳ δεδεμένον δια τὸ κεκλοφέναι τὸ πῦρ πυνθάνεται Ἰὼ πλανωμένη ὅτι κατ' Αἰγυπτίον γενομένη ἐκ τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξεται τὸν Ἑπαφρον. Ἑρμῆς δὲ παράγεται ἀπειλῶν αὐτῷ κεραννωθῆσθαι, ἐὰν μὴ εἴπῃ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι τῷ Διί. προέλεγε γὰρ ὁ Προμηθεὺς ὡς ἐξωσθήσεται ὁ Ζεὺς τῆς ἀσχηρῆς ὑπὸ τινος οἰκείου υἱοῦ. τέλος δὲ βροντῆς γενομένης ἀφανῆς ὁ Προμηθεὺς γίνεται.*

*Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κολχίσι <sup>1)</sup>), παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται. ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ ἐπὶ τὸ Κανκάσιον ὄρος· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ὀκεανίδων νυμφῶν. τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτοῦ ἐστὶ Προμηθεὺς δέσις.*

*Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἐν Κανκάσῳ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθεά, ἀλλὰ πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις μέρεσι <sup>2)</sup> τοῦ Ὀκεανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἔξεστι <sup>3)</sup> συμβαλεῖν.*

---

1) Κόλχοις vulg. Κολχίσι emend. Bruck. Blomf. Dindorf.

2) τέρμασι Ald. 3) ἔστι Ald.

## Α Α Α Ω Σ.

**Π**ρομηθέως ἐκ Διὸς κεκλοφότος τὸ πῦρ καὶ δεδωκό-  
τος ἀνθρώποις, δι' οὗ τέχνας πάσας ἄνθρωποι εὔροντο,  
ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς παραδίδωσιν αὐτὸν Κράτει καὶ Βίᾳ,  
τοῖς αὐτοῦ ὑπηρέταις, καὶ Ἡφαίστῳ, ὥς ἂν ἀγαγόντες  
πρὸς τὸ Κανκάσιον ὄρος δεσμοῖς σιδηροῖς αὐτὸν ἐχεῖ  
προσηλώσαιεν. οὗ γενομένου παραγίνονται <sup>1)</sup> πᾶσαι  
αἱ Ὠκεανῆαι <sup>2)</sup> νύμφαι πρὸς παραμυθίαν αὐτοῦ, καὶ  
αὐτὸς ὁ Ὠκεανὸς, ὃς δὴ καὶ λέγει τῷ Προμηθεΐ, ἵνα  
ἀπελθὼν πρὸς τὸν Δία δεήσῃς καὶ λιταῖς πείσῃ αὐτὸν  
ἐκλῦσαι τοῦ δεσμοῦ Προμηθεά. καὶ Προμηθεὺς οὐκ  
ἔῃ, τὸ τοῦ Διὸς εἰδὼς ἄκαμπτον καὶ θρασύ. καὶ ἀνα-  
χωρήσαντος τοῦ Ὠκεανοῦ παραγίνεται Ἰὼ πλανωμένη,  
ἣ τοῦ Ἰνάχου, καὶ μανθάνει παρ' αὐτοῦ ἅ τε πέπονθε  
καὶ ἅ τε πείσεται, καὶ ὅτι τις τῶν αὐτῆς ἀπογόνων  
λύσει αὐτὸν, ὃς ἦν ὁ Διὸς Ἡρακλῆς, καὶ ὅτι ἐκ τῆς  
ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξει τὸν Ἑπαφον. θρασυστο-  
μοῦντι δὲ Προμηθεΐ κατὰ Διὸς, ὥς ἐκπεσεῖται τῆς  
ἀρχῆς ὑφ' οὗ τέχεται παιδὸς, καὶ ἄλλα βλάβημα λέ-  
γοντι, παραγίνεται Ἑρμῆς, Διὸς πέμψαντος, ἀπειλῶν  
αὐτῷ κεραυνόν, εἰ μὴ τὰ μέλλοντα συμβῆσεσθαι τῷ

---

1) παρεγίνοντο Rob. παραγίνονται Ald. 2) Ὠκεανῆαι Rob.

Δὲ εἶπῃ· καὶ μὴ βουλόμενον <sup>3)</sup> βροنتὴ καταφάγειδα  
αὐτὸν ἀφανίζει.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ  
ἐπὶ τὸ Κανκάσιον ὄρος, ἣ δὲ ἐπιγραφὴ τούτου ΠΡΟ-  
ΜΗΘΕΤΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

---

3) βουλομένου conj. Blomf.

---



## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ΧΟΡΟΣ ΩΚΕΑΝΙΔΩΝ ΝΥΜΦΩΝ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ΙΩ Η ΙΝΑΧΟΥ.

ΕΡΜΗΣ.

---

In Ald. et Turn. recensentur etiam ΓΗ et ΗΡΑΚΛΗΣ,  
in Rob. hic solus. Has personas ad *Promethea Solutum* for-  
tasse pertinere suspicatur Blomf.

---

## ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

### ΚΡΑΤΟΣ.

Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἤκομεν πέδον,  
 Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν.  
 Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολάς,  
 ἃς σοι πατήρ ἐφείτο, τόνδε πρὸς πέτραις

V. 1. ἐς Suid. et Schol. ad Aristoph. Ran. 827., qui initium hujus tragoediae commemorant. 2. ἄβατόν τ' Med. Rob. s. Victorii, ἄβατον m. Victorii et ceteri omnes et praeterea Synes. Ep. p. 35. Schol. Aristoph. l. c., obelo notat Porsonus. ἄβροτον, Phavorin. s. v. ἀβρότη νύξ, Schol. Venet. ad Il. XIV, 78. Eustath. p. 968, 45. ed. Rom. et Suidae Ms. C. C. C. Oxon. v. ἐριβρεμείας, edid. Blomf. prob. Reisig. Σκύθην ἐς οἶμον memorat Eustath. ad Dionys. v. 69. v. 3. post Ἥφαιστε plene interpung. Ald. Rob. Turn., quod correx. Stephan. μέλλειν Ar. Vienn. C. Ald. ἐπιτολάς Regg. C. E. F. N. Ar. Vienn. A. C. Ven. 2. Ald. Schol. ad h. l., Thom. Mag. v. ἐπειτειλάμην, Eustath. ad Il. I, p. 29, 15. Hesych. v. ἐπιστολά, Schol. Aristoph. et Suid. l. c. v. 4. ἐφοῖτο Reg. N. τὸν δὲ Ald. Rob. ut fere ubique. v. 6. ἀδαμαντίνους πέδησιν Reg. C. ἀδαμαντίνους πέδαισιν Reg. D. ἀδαμαντίνους πέδησιν Reg. E. ἀδαμαντίναις πέδαισιν Reg. F. G. ἀδαμαντίναις πέδησιν Reg. N. ἀδαμαντίνους πέδησιν ἀρρήκτοις πέτραις Ar. Vienn. B. ἐν post πέδησιν addit Reg. A. M. 2., idem in Reg. B. superscriptum est; ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀρρή-

5 ὑψηλοκρήμυνοι τὸν λεωγὸν ὀχμάσαι  
 ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις.  
 τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,  
 θνητοῖσι κλέψας ὥπασεν· τοιᾶσδ' ἐ τοι  
 ἁμαρτίας σφ' ἐ δαΐ θεοῖς δοῦναι δίκην,  
 10 ὥς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα  
 στέργειν, φιλανθρώπου δὲ πᾶν ἐσθαι τρόπον.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Κράτος βία τε, σφῶν μὲν ἐντολὴ Διὸς  
 ἔχει τέλος δὴ κοῦδ' ἐν ἐμποδῶν ἔτι.  
 ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῇ θεὸν  
 15 δῆσαι βία φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ.  
 πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδ' ἐ μοι τόλμαν σχεθεῖν.

αι  
 πτοῖς πέτραις Med. πέθησιν Reg. L. M. 1. ἀδαμαντίνης πέθη-  
 σιν ἐν ἀρ. π. Ven. 1. ἀδαμαντίναις πέθησιν ἂ. π. Ven. 2.

πέτραις in Guelph. erasum est; ἀδαμαντίναις πέθησι ἀρρήκτοις  
 λέγω Vienn. C. Farn. ex conject. Triclinii; ἀδαμαντίναις πέ-  
 δησιν ἐν ἀρρήκτοις πέτραις Ald. Turn. Garb. Vict., idem Rob.,  
 nisi quod πέδαις exhibet. Vulgatam tuetur Schol. Aristoph. l.  
 c., quem primus Canterus secutus est; ἀδαμαντινῶν δεσμοῖσιν  
 ἀρρήκτοις πεδῶν conj. Stanl. recep. Brunck. v. 7. αὐτὸς Marg.  
 Ald. — σέβας conj. Wakef. γ. 8. ὥπασε Reg. C. D. Colb. 2.  
 M. 1. 2. Ar. Ald. Turn. τοιᾶς δ' ἐ τοι Ald. τοιᾶςδ' sine τοι Rob.  
 τοιᾶς δ' ἐ Colb. 2. v. 11. φιλανθρώπου Reg. C. v. 12. τε abest  
 Reg. N. σφῶν Reg. C. Vienn. A. C. σφῶν Vienn. B. Ald. Rob.  
 Turb. Vict. Cant. σφῶν correx. Brunck. et cett. omnes. v. 13.

ἔτι  
 μάτην Reg. C. ἐπὶ Reg. O. v. 14. θεῶν Reg. N. Colb. 1.  
 v. 15. δεῖσαι Ald. πρὸς τῇ δυσχειμέρῳ Rob. πρὸς Med. τῇ.  
 cod. Victor. φάραγγι τῇ δυσχειμέρῳ conj. Thiersch. v. 16.  
 παντὸς Reg. E. τῶνδ' ἐ μοι Brunck. Schuetz. τόλμα Ox. Deest

ἐξωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ.

τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ,  
 ἄκοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι  
 προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ,  
 ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν  
 ὄψει, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ  
 χροιάς ἀμείψεις ἄνθος· ἀσμένῳ δέ σοι  
 ἢ ποικιλείμων νύξ ἀποκρύψει φάος·  
 πᾶχνην θ' ἑώραν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν·  
 αἰεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ  
 τρύσει σ'· ὁ λωφῆσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω.  
 τοιαῦτ' ἐπηύρου τοῦ φιλανθρώπου τρόπου.  
 θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσων χόλον  
 βροτοῖσι τιμὰς ὥπασας πέρα δίκης.

20

25

30

hic versus Lips. 2. v. 17. ἐξωριάζειν obelo not. Pors. 2. εὐω-  
 ριάζειν ex Hesych. et Phot. edidit Blomf. v. 18. ἐπιμῆτα  
 Reg. C. αἰπῦτα Reg. E. v. 19. ἄκοντ' ἄκων σε Reg. F.  
 Colb. 1. Ald. Rob. χαλκεύμασιν ex Faehs. Reg. E. v. 20.  
 προσπασαλεύσω Reg. C. N. G. Ox. Colb. 2. Rob. προσπασ-  
 λεύσω Reg. E. τῷ δ' Rob. τόπῳ Med. Rob. et codd. Stephani;  
 ὄρει in marg. codicis ap. Morell. ὄρει et τρώπῳ in marg. Vienn.  
 C. v. 21. πον conj. Barth. Advers. VII, 11. βροτῶν μορφὴν  
 Rob. μορφὴν θεῶν Reg. C. E. G. H. L. N. Colb. 1. Ven. 1. 2.  
 βροτῶν  
 Ph. Vienn. B. et in marg. C. θεῶν Colb. 2. οὔτε του φωνὴν  
 Ven. 2. v. 22. στατευτὸς Ald. v. 25. ἡλιον Ald. v. 26. αἰεὶ  
 Guelph. δὲ omitt. Reg. C. ἀχθηδὼν Reg. C. v. 27. comme-  
 morat Thom. M. v. λωφᾶ. λοφῆσων Rob. πέφυκέ πον Reg.  
 O. v. 28. ἀπύρῳ Ald. ἐπηύρῳ Med. et codd. ap. Stephan.  
 rec. Dind. ἀπηνύρῳ vulgatam tnetur Eustath. II, VII, p. 675, 49.  
 φιλαντρόπου Turn. v. 29. Puncto post τρόπον sublato, post  
 θεὸς plene interpungunt Ox. Ar. Vienn. A. B. C. ὑποπτύσων  
 Turn. v. 30. πέραν Reg. D. s. Victorii. Ar.

ἀνθ' ὧν ἀτερεῇ τήνδε φρουρήσεις πέτραι,  
 ὀρθοστάδην, αἵπνος, οὐ κάμπτων γόνυ·  
 πολλοὺς δ' ὀδυρμούς καὶ γόους ἀνωφελεῖς  
 φθέγγει. Διὸς γὰρ δυσπαράκλητοι φρένες·  
 35 ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατῇ.

## ΚΡΑΤΟΣ.

εἶεν; τί μέλλεις καὶ κατοικτίζει μάτην;  
 τί τὸν θεοῖς ἐχθιστον οὐ στυγεῖς θεόν,  
 ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας;

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

τὸ ξυγγενές τοι δεινὸν ἦ·θ' ὁμίλια.

## ΚΡΑΤΟΣ.

40 ξύμφημ', ἀνηκουστεῖν δὲ τῶν πατρὸς λόγων  
 οἶόν τε πῶς; οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

αἶε γε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως.

V. 31. ἀνθῶν M. 1. 2. v. 32. κάμπτων Ven. 2. v. 33.  
 δ' omitt. Ox. ἀνωφελεῖς Ven. 2. v. 34. φθέγγει Ald. φθέγγει  
 Rob. Turn. Vict. Wellauer. γὰρ omitt. Reg. D. δὲ ex Faehs.  
 Reg. E. v. 35. τραχὺς Reg. O. αὐ M. 1. νέον Ald. νέος Reg.  
 E. qui ex Faehs. tamen νέον exhibet, Garb. et cod. ap.  
 Stephan. νέως Ms. marg. ap. Morell. κρατεῖ edid. Schuetz.  
 v. 36. κατοικτίζει Ald. Rob. Turn. Vict. Wellauer. κατοικτίζ-  
 ζεις Lips 2. v. 38. θνητοῖς Reg. N. προὔδωκε Reg. C.  
 D. Med. Guelph. v. 39. συγγενές Ald. Rob. Turn. Vict. Wel-  
 lauer. ξυγγενές Glasg. Schuetz. Blomf. Dindorf. τοι omitt. Ox.  
 Ar. συγγενές τι Reg. L. συγγενές τε Reg. O. v. 40. σύμφημ'  
 Vienn. A. B. C. Turn. Wellauer. σύμφη μ' Rob. σύμφημ'  
 Ald. v. 41. οἶόν τε; πῶς οὐ Vienn. A. B. C. οἶόν τε; πῶς;  
 codd. ap. Stephan. v. 42. αἶε τε Vienn. A. Ald. Turn. Viot.

## ΚΡΑΤΟΣ

ἄκος γὰρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι· σὺ δὲ  
τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ,

ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία.

45

## ΚΡΑΤΟΣ.

τί νιν στυγεῖς; πόνων γὰρ ὥς ἀπλοῇ λόγῳ  
τῶν νῦν παρόντων οὐδὲν αἰτία τέχνη.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ἔμπας τίς αὐτήν ἄλλος ὠφελεν λαχεῖν.

## ΚΡΑΤΟΣ.

ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.  
ἐλευθερος γὰρ οὕτως ἐστὶ πλὴν Διός.

50

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ἔγνωκα τοῖσδε κούδεν ἀντειπεῖν ἔχω.

Vict. Cant. Wellauer. αἰεὶ τι Reg. C. E. H. Vienn. B. M. 1.  
2. prob. Reisig. αἰεὶ τοι Guelph. Lips. 1. Colb. 1. Ven. 1. αἰεὶ  
τοι omisso δὴ Reg. D. N. αἰεὶ τει Rob. αἰεὶ τοι cod. Victor.  
αἰεὶ γε Vienn. C. Brunck. αἰεὶ γε Schuetz. Blomf. Dindorf.  
θάρσους Rob. πλὸς Guelph. v. 43. τῶνδε Med. sed eraso ω  
et inserto ο. v. 44. πόννοι Ald. v. 45. χειρωναξία Guelph.  
v. 48. ὠφελε Reg. C. D. Ar. Ald. Turin. ὠφειλε Guelph.  
Lips. 2. ὠφειλε λαχεῖν ἄλλος Rob. v. 49. ἅπαντ' Ald. obelo  
not. Porz. ἅπαντ' ἐπαχθῇ conj. Stanl. ἅπαντα πρᾶχθῃ Pauw.  
ἅπαντ' ἐπράχθη 'ν Heath. ἅπαντ' ἐπρώθη Abresch. ἅπαντ'  
ἄπραχτ', ἣν πληθύουσι κοίρανοι Both. θεοῖς Reg. D. v. 50.  
ἐστὶ omitt. Reg. C. v. 51. ἔγνωκα, τοῖσδε κούδεν vulg. obelo  
not. Porson. ἔγνωκα καὶ τοῖσδ' οὐδὲν ex conj. edid. Blomf.

## ΚΡΑΤΟΣ

οὐκ οὖν ἐπέξει δεσμὰ τῷδε περιβαλεῖν,  
ὥς μὴ σ' ἐλινύοντα προσδερχθῇ πατήρ;

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

καὶ δὴ πρόχειρα ψάλλια δέχεσθαι πάρα.

## ΚΡΑΤΟΣ.

55 λαβὼν νιν ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει  
ῥαιστέρι θείναι, πασσάλευε πρὸς πέτρας.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

περαίνεται δὴ κοῦ ματᾶ τοῦργον τόδε.

## ΚΡΑΤΟΣ.

ἄρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῇ χάλα.  
δεινὸς γὰρ εὐρεῖν κάξ ἀμηγάνων πόρους.

τοῖςδ' ἔτ' οὐδὲν Reisig. Comm. crit. de Soph. O. C. κούδεν  
τοῖςδ' ἔτ' conj. Wellauer. ἔγνωκα τοῖςδε· κούδεν Both. ἔγνωκα  
τοῖςδε κούδεν Dindorf. ἀντιποῖν' ἔχω Ald. v. 52. οὐκοῦν Ar.  
ἐπέξει Ald. Rob. Turn. Vict. Wellauer. τῷδε δεσμὰ ex Faehs.  
Reg. E. Vienn. A. B. M. 1. 2. τῷ τὰ δεσμὰ Reg. C. περιβάλ-  
λειν M. 2. v. 53. ἐλινύοντα Reg. A. B. E. Guelph. Brunck.  
Schuetz. Blomf. Dindorf. ἐλινύοντα vulg. προσδερχθῇ Reg. E.  
Interrogationis signum posuit primus Stephan. v. 54. ψάλλια  
Reg. C. B. N. s. Victorii Vienn. A. B. C. M. 1. 2. Ald. Rob.  
Vict. ψάλλια Guelph. Ar. Turn. Garbit. ψάλλια Colb. 2. δέ-  
χεσθαι Ald. v. 55. λαβὼνιν Reg. C. λαβὼν νυν Reg. D. χερσὶ  
ex Faehs. Reg. E. βαλὼν νιν conj. Stanl. λαβὼν, νιν, ἀμφὶ  
χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει ῥαιστέρι θείων, πασσάλευε πρὸς πέ-  
τραις Pauw. ἐγκράτει, σθένου Wakef. v. 56. θείναι Reg. E.  
ex Faehs. prob. Reisig. πασσάλευε πρὸς πέτρας Reg. N. πασ-  
σάλευν' ἐρρωμένως ood. ap. Stephan. v. 57. μάτα Ald. ματᾶ  
εὐργον Rob. v. 58. ἄρασσε μᾶλα Rob. μηδαμῇ Reg. D. v. 59.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ἄραρεν ἦδε γ' ὠλένη δυσεκλύτως.

60

## ΚΡΑΤΟΣ.

καὶ τήνδε νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς, ἵνα  
μᾶθῃ σοφιστὴς ὦν Διὸς γωθέσιτος.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

πλὴν τοῦδ' ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.

## ΚΡΑΤΟΣ.

ἀδαμαντίνου νῦν σφηγὸς αὐθάδη γνάθου  
στέρνων διαμπὰξ πασσάλειν' ἐρῶρένως.

65

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

αἰᾶϊ, Προμηθεῦ, ὧν ὕπερ στένω πόνων.

## ΚΡΑΤΟΣ.

σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς τῶν Διὸς τ' ἐχθρῶν ὕπερ  
στένεις; ὅπως μὴ σαντὸν οἰκτιεῖς ποτέ.

διὸς γὰρ Reg. E. ἀμηχάνον Reg. C. τρόπον Ar. M. 1. τρόπων  
Guelph. πόρον vulgatam reliqui omnes et Synes. epist. 147.  
p. 288 A. πόρους Marcellin. vid. Thucyd. p. 2. Schol. ad Ari-  
stoph. Eq. v. 756. Dionys. Hal. Ant. R. VII, 36. Glasg. Schuetz.  
Blomf. Wellauer. Dind. v. 60. ἄρην Joann. Diacon. in Ho-  
siod. Scut. p. 211. δυσκωλύτως Schol. Barocc. ad Soph. E. 147.  
v. 62. μάθῃ Guelph. σοφιστὴς Reg. E. γωθέσιτος Διὸς Rob.  
v. 63. πλὴν τοῦ τ' Rob. v. 64. αὐθάδην Reg. D. αὐθάδει  
γνάθῳ Στέρνον Garb. v. 66. ὕπερ στένω divisim Schuetz.  
Dind. ὑπερστένω vulg. v. 67. σὺ δ' οὖν Vienn. B. C. Coll.  
1. 2. Rob. codd. ap. Stephan. Reg. E. ex Faehs. καὶ ὀκνέεις  
Ald. ὑπερ — στένεις Vienn. A. B. Ald. Turn. Vict. Cant. divi-  
sim Reg. D. Rob. Pors. ad Eurip. Hecub. 725. et recentt. om-  
nes. ὑπὲρ στέρνω Reg. E. v. 68. Post στένεις ponant punctum



## ΗΦΑΙΣΤΟΣ

ὄρᾳς θέαμα δυσθέατον ὄμμασιν;

## ΚΡΑΤΟΣ.

70 ὄρῳ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπαξίων.  
ἀλλ' ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ

δρᾶν ταῦτ' ἀνάγκη, μηδὲν ἐγκέλευ' ἄγαν.

## ΚΡΑΤΟΣ.

ἦ μὴν κελεύσω κάπιθωῦξω γε πρὸς.  
χῶρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ

75 καὶ δὴ πέπρακται τοῦργον οὐ μακρῷ πόνῳ.

## ΚΡΑΤΟΣ.

ἐρῶμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας.  
ὥς οὐπιτιμητῆς γε τῶν ἔργων βαρύς.

Ald. Rob. comma Turn. signum interrogationis Steph. et recentt. σκόπει post ποτέ add. Guelph. Lips. 2. v. 69. Interrogationis notam in fine versus exhib. Reg. E. ex Faehs. et cod. ap. Stephan. v. 71. βάλλε Rob. v. 72. τάδ' s. Victorii. μηδὲ Reg. B. ἐγκέλευ' ἐτι Vienn. C. sed in marg. γρ. ἄγαν. v. 73. ἦ μὲν Schol. B. κάπιθωῦξω Reg. E. δὲ πρὸς Reg. N. Colb. 1. Guelph. σε πρὸς Reg. F. K. Rob. γέ σε πρὸς Ven. 2. πρὸς omitt. Lips. 2. v. 74. κάτω δὲ σκέλη Rob. κίρκωσον Vienn. A. B. Reg. A. B. C. D. E. F. N. Ph. Colb. 2. Ar. Guelph. M. 1. 2. Lips. 2. Rob. Schol. B. v. 75. ἐν μακρῷ Reg. C. χρόνῳ pro πόνῳ Reg. E. F. G. Rob. cod. ap. Steph. probat Buttler. Blomf. v. 76. πέδας Lips. 2. Rob. v. 77. οὐπιτιμητῆς Ald. οὐπιτιμητῆς Reg. E.

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ὁμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρύεται.

## ΚΡΑΤΟΣ.

σὺ μαλθακίζου, τὴν δ' ἐμὴν ἀνθαδίαν  
ὀργῆς τε τραχύτητα μὴ' πίπλησδέ μοι. 80

## ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

στείχωμεν, ὥς κάλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει.

## ΚΡΑΤΟΣ.

ἐνταῦθα νῦν ὕβριξε, καὶ θεῶν γέρα  
συλῶν ἐφημέροισι προστίθει. τί σοι  
οἰοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;  
ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθεά 85  
καλοῦσιν· αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως,  
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τέχνης.

V. 78. ὁμοία Reg. E. ὃ μοι ἀμορφῇ γ. σ. γυρύεται Ald.  
γαρύεται Reg. L. Ven. 1. Guelph. γυρίεται Reg. F. v. 79. 80.  
μαλθακίζου, ἀνθαδίαν et θρασύτητα Eumath. de Ism. Amor.  
p. 225. θρασύτητα Vienn. A. C. Lips. 2. M. 1. 2. Reg. O. et  
V. 18. *τᾶς — παῖ.* „Hesiodus Prometheus Japeti et Clymenes; Apollodorus Japeti et Asiae; Aeschylus autem, patre non nominato, Themidis filium facit. *ὀφθόβουλος* autem vocatur Themis, sicut *εὐβουλος* apud Pindar. Isthm. VIII, 65., quia justitiae et juri praesidere, imo ipsum jus et fas esse perhibetur. *αἰπυμῆτης*

*prudens, callidus, vaser.* Similiter ποικίλος dicitur v. 308. et σοφιστής v. 947. SCHUETZ. αἰπυμήτης rectius Blomf. explicat: *alta habens consilia*, quod in Pers. 142. βαθύβουλον dici observavit. μεγαλόβουλος Schol. B.

V. 22 — 23. σταθευτός — ἄνθος, *et ubi tostus lucida solis flamma commutabis florem coloris.* σταθευτός exponit Hesychius: πεφλογισμένος ἡρέμα. ἑσταθευμένος, ἡρέμα ὑπὸ πυρός ὀπτημένος, σταθεῦσαι γὰρ τὸ τῷ πυρὶ ἡσυχῇ χλιᾶναι κρέας ἢ ὀτιοῦν. — χρόας ἀμείψεις ἄνθος explicat Schol. B.: εἶδους ἀλλάξεις τὴν λαμπρότητα. Coloris enim flos in homine oritur ex sanguine, qui per corpus diffusus est; qui si corrumpitur, perditur color, corporis pulchritudo, sanitas, vires, uti flos marcescit, cujus succus exhaustus est.

V. 23 — 25. ἀσμένω — πάλιν. „Aliud phantasma ex ipsis naturae fontibus haustum. Miseris enim, aegrolantibus praesertim aut vulnere dolore laborantibus dies noctesque longiores esse videntur: mane vespem, et noctu diluculum exoptant. Prometheus vero aliud quiddam habebat et majus, cur istam vicissitudinem anxie expeteret; interdiu enim solis ardoribus fatigatus noctis refrigerium; mane autem post nocturna frigora recreationem diurni caloris desiderabat. ἡ ποικιλείμων νύξ, *nox variegatam*, scil. sideribus pictam, *stolam induta*. Sed hujus epitheti gravem brevitatem imitari Latini sermonis egestas non potest. Decor enim circumscriptione perit. Nox in monumentis etiam sic representabatur, ut velamen sideribus pictum super caput teneret. Exemplum talis gemmae apud Maffium praebet Winckelmann *Versuch einer Allegorie besonders für die Kunst* p. 72. Ideo etiam ab Argonauti-

corum, quae Orpheo tribuuntur, auctore ἀστροχίτων appellatur. Eustath. ad Il. XII, p. 814. αἰόλα νύξ λέγει (Sophocles) οὐ μόνον κατὰ τὸ ἐν ἄστροις ποικίλον αὐτῆς, καθ' ὃ καὶ ποικιλείμων παρὰ Αἰσχύλῳ λέγεται. Omnino autem verba conjunctim posita ἢ ποικιλείμων νύξ ἀποκρύπτει φάος hanc simul imaginem informare videntur: nox tibi velamine stellis variegato lucem abscondet; *froh wirst du sein, wenn dir die Nacht mit ihrem Sterngewande des Tages Licht bedeckt*. Ita fere Nonnus: σιγαλή νύξ οὐρανὸν ἀστερόεντι διεχλαίνωσε χιτῶνι.“ SCHUETZ.

V. 27. De verbis ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ παρ Schuetz. ita: „non sic intelligo, quasi Vulcanus ad Herculem respiciat; qui liberaturus quidem olim sit Prometheum, sed nunc jam nondum natus. Ita potius explicanda est Vulcani sententia, ut quum Germani dicerent *dein Erretter soll noch erst geboren werden*; h. e. nemo plane in rerum natura est, qui te liberare velit aut possit.“ Recte quidem vir doctus negat, Vulcanum potuisse videre, quae futura sint, et scivisse, ab Hercule liberatum iri Prometheum, qui solus cum Themide matre hoc praevidebat. Verumtamen haec verba, ut saepe Tragici solent, ambigue dicta sunt, ut iis simul Promethei liberatio aliquando futura innuatur.

V. 28. ἐπηύρου Elmslejum quoque conjecisse notat Wellauerus; id recepit G. Dindorfius, et casu factum est, ut eum sequeretur. Nam quum ἐπαυρόσκομαι et ἀπαυρόομαι idem valeant, hoc loco id verbum praeferendum est, quod majori auctoritate librorum nititur. Utrumque significat ἀπολαύειν, et in utramque partem accipitur. Conf. Butt. Lexilog. I, p. 84. Matth. Gr. Gr. m. §. 224. p. 536.

V. 30. τιμὰς, γέρατα τῶν θεῶν, potissimum ignem. πέρα δίκης, praeter jus hoc fecit Prometheus, quia furatus est, quae deorum propria erant, et quia Jovi non obtemperavit, cui, ut summo regi, ex Vulcani sententia debebat obtemperare.

V. 31. φρουρεῖν πέτραν est *petrae affixum esse*. Nos quoque hoc sensu *hueten* dicimus, metaphora ab eo ducta, qui loco aliquo tam diu remanet, ut ejus custos esse videatur. Sic v. 142. sqq. σκοπέλοις ἐν ἄκροις φρουρὰν ἄζηλον ὀγήσω. Similiter v. 90. dictum est: λατρεύειν πέτρα. Apte Schol. B.: ὁ γὰρ τις φρουρεῖ, τοῦτο καὶ οἰκεῖ.

V. 32. οὐ κάμπτων γόνυ. „Haec phrasis tropice plerumque usurpatur, ut significet i. q. *non requiescens*; γόνυ κάμψαι ἀναπαύεσθαι Hesych. Cf. v. 396. Hoc loco tamen propius ad primitivam originem redit, simulque innuit Prometheus, ut erat omnibus membris vinctus atque constrictus, semper in eodem statu corporis perseveraturum, quem intolerabilis fatigatio secutura sit.“ SCHUETZ.

V. 34. δυσπαραίτητοι. V. v. 185. κέαρ ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς.

V. 38. τὸ σὸν—γέρας. Robur, ut supra, sic hoc loco Vulcani animum incitare studet et inflammare commemorata potissimum ea injuria, quam ipse Vulcanus a Prometheo acceperat, quum ignem furatus esset, proprium ejus et singulare munus. *Cur non odisti deum omnibus diis invisissimum, qui mortalibus prodidit tuum munus peculiare?*

V. 39. Sensus est: *Recte quidem dicis, verum tamen vehementer me tangit consanguinitas cum Prometheo et usus familiaris.* δεινὸν omnino significat id,

quod multam vim habet et exercet. Eurip. Phoen. v. 355. δεινὸν γυναιξὶν αἰ δι' ὠδίνων γοναί. Andromach. v. 985. τὸ συγγενὲς γὰρ δεινόν.

V. 40. ξύμφημι, non nego, credo facile, amicum et necessarium tibi cordi esse, sed patris jussa qui tandem possis negligere, non video. Vulcanus ipse supra v. 17. dixerat, grave esse, πατρὸς λόγους ἑξω-  
ριάζειν. Animadvertendum est, Jovem hic plerumque appellari patrem, quod singularem quandam vim habet, quum Jupiter non ut patrem se praestet, sed ut odii plenum tyrannum.

V. 42. γε δὴ v. Devar. Gr. L. Part. p. 55. ed. Klotz.

V. 43. ἄκος γὰρ οὐδὲν, nihil enim prodest; proprie, nullam est remedium. Blomf. citat Ovid. Fast. VI, 444. Non est auxilium flere, Metellus ait. Robur igitur dicit, se propterea non tangi misericordia, quod in praesenti rerum statu supervacaneum sit, atque monet Vulcanum, ne, quae nihil prosint, frustra agat.

V. 45. ὦ — χειρωναξία. „Adeo Vulcanum crudelis hujus ministerii poenitet, ut etiam totam artem fabrilem oderit, quam alias sibi decori et ornamento esse, et qua multos sibi deos saepe devinxisse non ignorabat. χειρωναξία quum omnino quamcunque manuum operam ut Choeph. 759. tum inprimis opificium denotat. H. l. fabrilem Vulcani artem intelligi e responsione τοῦ Κράτους clarum est.“ SCHUETZ. χειρωναξία vocatur a Robore τέχνη.

V. 46. ὥς ἀπλῶ λόγῳ sc. εἰπεῖν. V. Buttm. Gr. Gr. med. p. 447. et §. 140. n. 2. Matth. Gr. Gr. max. §. 545. 1.

V. 48. ἔμπαρ. Valck. Epist. ad Roever. p. XXXVII.

de Theocriti loco XV, 36. ναὶ καλὸν ἔμπαρ. „Usitatio etiam vocolae significatus, *tamen, nihilominus*, hic posset locum reperire: ἔμπα, ἔμπαρ, vel ἔμπαρ hoc sensu tum ab alijs, sed frequenter adhibetur a Pindaro et Apollonio Rhodio, in hujus Argonauticis minime vicies recurrens: usitatissimum ἀλλ’ ὅμως dicitur, ἀλλ’ ἔμπαρ et ἀλλ’ ἔμπαρ Hesiodo, Callimacho, Apollonio, sed et Epicharmo et Theocrito.“ Alias enim ἔμπαρ significat *omnino*, πάντως, et haec vis propria esse videtur, quum vox nata sit ex ἐν et πασι. De ὄφελεν omisso εἰ γὰρ vel εἴθε v. Matth. Gr. Gr. max. §. 513. not. 3. p. 1161.

V. 49. ἅπαντ’ — κοιρανεῖν. Recte monuit Schuetzius, θεοῖσι pertinere ad ἐπράχθη, non ad κοιρανεῖν, et similem constructionis ordinem reperiri in Euripidis fragmento: οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ. Sensus enim est: *Omnia diis sunt permissa et a fato concessa praeterquam imperare*. Imperium enim est unius Jovis; caeteri omnes ipsique dii in Jovis potestate sunt; quapropter ea, quae jusserit, a nobis sunt perficienda. Jovem ipsum posse omnia ad lubitum agere. Quae quum audivisset Vulcanus, non amplius cunctatur, sed opus crudelissimum aggreditur, respondens, sese cognovisse ex hoc ipso exemplo, Jovem summa frui libertate, nihilque se habere, quod contra hoc argumentum proferat. Omnino se morem gerere Jovi oportere. ἐπράχθη est ὥρισται, ἐκ μοίρας ἐγγέγονει. Recte Schol. A.: τινὲς φασιν, ὅτι πάντα ἐκ μοιρῶν δέδοται τοῖς θεοῖς, πλὴν τὸ ἄρχειν. Infra v. 517. τί γὰρ πέποιται Ζηνὶ πλὴν αἰεὶ κρατεῖν;

V. 51. ἔγνωκα τοῖσδε. Ego cum Dindorfio sic interpunxi, ut τοῖσδε ad ἔγνωκα referatur et dictum sit pro ἐκ τῶνδε, i. e. *ex his ipsis, ex hoc exemplo*.



Summam Jovis licentiam esse, se cognovisse ait ex eo, quod Prometheus ad tam durum supplicium duci jussoritur. Sic τεκμαίρεσθαι τινι dicitur. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 396. 2. p. 890., ubi γινώσκειν τινι et εικάζειν τινι ex Thucyd. commemoratur. Itaque non indigemus variis virorum doctorum conjecturis.

V. 53. προσδερχθῆ. V. Matth. Gr. Gr. §. 493. p. 1098.

V. 54. Jamjam Vulcanus instrumenta parat, quibus Prometheus religaturus est. ψάλιον „quum generatim *annulum* significat, tum annulum in freno, ipsam frenum, deinde armillaria denotat, unde fluxit h. l. significatio, qua de nervis aut catenis brachialibus (*Handschenken*) usurpatur.“ SCHUETZ. De viv pronomine v. Matth. Gr. Gr. m. §. 146.

V. 56. θείνεις, πασσάλευε. Duo verba hic sine copula posita sunt, quod mihi videtur tum fieri posse, quum non additur alterum, sed prius verbum novo eoque fortiorè explicatur, omninoque vis ejus, quod præcessit, augetur. Sic Sophocl. Aj. v. 59. ἄνθρ᾽ ἀμανιάσιν νόσοις ὠτρυνον, εἰςέβαλλον εἰς ἔρκη. Quare non opus est, ut conjectura scribatur θείνων; Sophoclis locum nemo non integrum habuit, metro fortasse prohibente, quominus animum ad corrigendum adplicarent.

V. 57. κοῦ ματᾶ τοῦργον, neque cessat hoc opus. ματᾶ διατρίβει, χρονίζει. Hesych.

V. 58. ἄρασσε, σφίγγε, χάλα. Hoc asyndeton festinationi ejus, qui loquitur, aptissimum esse recte observavit Schuetzius.

V. 59. δεινὸς — πόρους. „Hic enim vel inextricabilibus nodis expedire se potest. ἀμήχανα ἔργα apud Homer. Il. VIII, 130. XI, 110. de summo rerum descri-

mine, ejus exitum reperire non licet; et ἀμάχανοι πολέμοι κάματοι, insuperabiles belli labores, apud Pindar. Pyth. II, 37.“ SCHUETZ. Comparant interpretes Aristoph. Equit. v. 756. ποικίλος γὰρ ἀνὴρ, καὶ τῶν ἀμηγάνων πόρους εὐμηγάνους πορίζων, ibique Schol. ἐκ τῶν ἀπόρων εὐπόρους ἀφορμὰς, καὶ εὐαφόρους, καὶ εὐδυνέτους εὐπορίας. Ταῦτα δὲ παρὰ τῷ ἐν Προμηθεῖ Αἰσχύλου· Δεινὸς γὰρ εὐρεῖν καὶ ἀμηγάνων πόρους.

V. 60. ἄραρεν, ἤρμωσται Schol. B.

V. 61. σοφιστῆς, πᾶς τεχνίτης Photius Lex. νωθῆς, βραδύς, δυσκίνητος, ἄλογος. Id. Sensus est: *ut intelligat, se esse veteratorem Jove minus solertem.*

V. 63. Sententia est: *Praeter hunc nemo cum jure me reprehenderit.* Prometheum enim excipit, cui summos dolores ejus opera afferat necesse est. Is Vulcanum ideo reprehendet, quod nihil vitiose aut negliger fecerit, ut se liberare ex vinculis possit.

V. 64. αὐθάδη γνάθον proprie sibi placentem maxillam significat; quum vero maxilla pro dente dicatur, σφηνὸς αὐθάδης γνάθος est *cunei cum summo impetu perrumpens acies vel cuspis.* Schuetzcius commemorat Virgil. Georg. II, 423. *vomeris dentem durum.* Eodem modo γένυς usurpatur a Sophocle. Caeterum apte Schuetzcius: „atque hoc quidem unicum vulnus est, quod Prometheo infligitur; nam etsi omnes artus, manus, brachia, femora, et pedes ei alligantur, clavi tamen non ipsa membra perrumpunt, sed vincula tantum iis affiguntur. Et sapienter Aeschylus hic sanguinis non meminit e vulnere manantis. Quod forsitan aliquis ita explicet, poetam ex HomERICA fictione diis non sanguinem, sed iustiora tribuisse, quem in scena spectatorum oculis subijcere noluerit, quia fidem adhi-

bere tali spectaculo non potuissent. Verum quum in Prometheo soluto, quod ex Ciceronis fragmento liquet, sanguinem ex Promethei corpore ab aquila lacerato in Caucaasi saxa stillare docuerit, hoc potius mihi spectasse videtur tragicus, quod ibi sanguinis effusio tantum narrabatur, non in scena agebatur, hic autem, quia Prometheus ante ipsos spectatorum oculos affigebatur, si sanguinis mentionem fecisset, eum etiam profluentem videre voluissent, qui in theatro sedebant. Et quia cuneus per praecordia adactus incredibiles misero captivo dolores excitabat, Vulcanus ipse tenere se non potest, quin pressam parumper misericordiam cum suspirio effundat. Prometheus autem ne hic quidem ingemiscit, sed invicto animi robore tacitus se dolorum facibus urendum praebet, ne inimicis majorem cruciatibus suis illudendi occasionem offerat.“

V. 67. ἐχθρῶν V. Matth. Gr. Gr. m. §. 293.

V. 68. ὅπως μὴ V. Buttm. Gr. Gr. med. §. 139.  
4. et p. 426. Valck. ad Theocrit. ad Theocrit. I. 112.

V. 69. Interrogationis signum, quod nonnulli libri habent, ponendum esse, Roboris responsio ostendit: ὁρῶ κυροῦντα.

V. 71. μασχαλιστήρ derivatur a μασχάλη et vinculum est circa corpus et axillas, vel lorum quod circa humeros et latera est, *Achselband*. Hesychius exponit hoc vocabulum: ὁ διὰ τῶν μασχαλίων δέσμος τοῦ ὑποξυρίου, τὸ αὐτὸ καὶ μασχαλὶς. Et Etymol. M.: λέπαθνα οἱ κατὰ τῶν ἱππίων στηθέων ἱμάντες, οἱ μασχαλιστήρες. Schuetzcius ἀλλὰ particulam bene animadvertit hoc loco ut saepe ellipticam esse, quasi dicatur: *Verum quid disputando tempus terimus. Tu potius fac lateribus catenas injicias.*

V. 73. ἐπιθωύσσειν proprie *ad aliquem clamare*, h. e. clamore aliquem incitare. Non solum se jubere velle ait, verum etiam clamores additurum, ut opus festinet Vulcanus.

V. 74. χάρει κάτω. Quum Prometheus, ut deus, maxima corporis statura esset, Vulcanum ad pedes ejus alligandos descendere necesse erat. κίρκω fit a κίρκος, h. e. *circus, circulus*; *annulus* intelligitur, qui pro catena adhibetur. κίρκοῦν igitur est *annulis affligere*. Interpretes laudant Mart. Epigr. II, 38. *annulus iste tuus fuerat modo cruribus aptus*.

V. 75. οὐ μακρῷ πόνῳ. Diis enim omnes labores faciles sunt. Eurip. Phoen. v. 689. πάντα εὐπετῇ θεοῖς.

V. 76. διατόρους πέδας. διάτορος et activam et passivam notionem habet; significat igitur et *pene-trans* et *penetratum*. Sic salpinx vocatur διατόρος active Aeschyl. Eum. v. 495. Passive autem *pedes* dicuntur διατόροι Soph. Oed. Tyr. v. 1034. ἔχοντα διατόρους ποδοῖν ἀκμάς. Hoc loco πέδαι διατόροι passive dicuntur compedes, habentes foramina quaedam, per quae clavis ad saxum adactis affiguntur.

V. 77. οὐπιτιμητῆς, ὁ ἔξεταστῆς καὶ εὐθύνας ἐπάξων Schol. B. ἐπιτιμᾶν τινί τι enim est alicui vel honorem suum vel poenam suam tribuere. Eurip. Suppl. v. 255. conjungit: κολαστὴν ἀπιτιμητῆν. Puniturus autem Vulcanum Jupiter est, si aliquid neglexerit.

V. 78. ὁμοια μορφῇ, ἀρμόζοντα τῷ ἀγρίῳ σώματι τὰ τραχέα ῥήματά σου. Schol. B. γηγύετα, βοᾷ Id.

V. 79 — 80. Sententia est: *Tu, si vis, persevera in mollitie tua, mihi vero ne obices meam ferociam et*

*irae* h. e. morum *asperitatem*. ἐπιπλήσσειν τινί τι est alicui aliquid exprobrare. Hesych. explicat: ἐπελθεῖν, ἐπιτιμῆσαι, ὑβρίσαι. Non est autem, ut Schuetzsius arbitratur, impudentiae signum, quod vitium sibi a Vulcano exprobratum non excusat, adeoque vocabulis asperrimis designat, sed Robur ita loquitur, ut naturae ejus et personae maxime conveniat.

V. 81. ἀμφίβληστρα. Hoc vocabulum significat *quidquid circumjicitur*, vestem, rete, ut h. l. *vinculum*, *quod injicitur*. δεσμά Schol. B.

V. 83. γέρα ἐφημέροισι προστίθεναι dixit Noster supra v. 8. τὸ πῦρ ὁπάζειν θνητοῖσι et infra v. 948. ἡμέροις τιμὰς πορεῖν.

V. 84. ἀπαντλήσαι est ἐκκουφίζειν, ἐπικουφίζειν, non prorsus liberare, sed *demere*, *exhaurire*, *detrahere* ab aliqua re. Proprie dictum esse de aqua per sentinam exantlanda monet Blomfieldus.

V. 86. αὐτὸν — Προμηθέως, *ipsi tibi est aliquo provisore opus*. Elmslejus προμηθείας scribi jussit, sed quum alterum Προμηθέως hoc loco appellativum sit, repetitum a nomine proprio, hac facile correctione super-  
sedemus.

V. 87. ὅτῳ — τέχνης. Conf. v. 468. αὐτὸς οὐκ ἔχω σόφισμ' ὅτῳ τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ. Verbum ἐκκυλισθῆναι, ut Schuetzsius observavit, proprie dictum est de homine, qui e vado, ubi inhaeserat, corpus provolvendo emergit. Apud Homerum saepe legitur de iis, qui e curru praecipitantur. Omnino autem notat, *e periculoso aliquo statu se liberare*. τέχνης propterea praefendum est, quod magis ad ἐκκυλισθῆναι quadrat et exquisitius est, quam altera lectio τύχης, nec totidem libris confirmata.

V. 88. Quae quum accidissent, discedunt cum Vulcano Robur et Vis, et Prometheus, qui illis praesentibus animi superbia ductus tacuerat, jam non retinet doloris significationem et simul indignationis. Invocat aërem, mare, fluvios, tellurem, solem, quibus eum in tanta solitudine consentaneum erat aperire pectoris sensus. Queritur se deum a diis talia perpeti et perferre oportere per innumerabilia saecula. Fatum tamen quum a se vinci nequeat, aequo animo quantum fieri possit a se ferri debere, quae injusta poena sibi imputata sit, quod hominibus ignem dederit, utilissimum donum. Mox strepitum audit chori appropinquantis per aërem.

V. 89 — 90. *ποντίων — γέλασμα*. Proprie: *undarum marinarum innumerabilis risus*, h. e. maris longe lateque commoti splendor. *Ridere* dicitur mare, quum incipit, sole lucente, leni vento moveri et undas crispas jactare, quae innumerabiles videntur. Talis ejus adspectus est laetissimus et amoenissimus. Alias *καγχάζειν* de eadem re usurpatur, ut apud Latinos *cachinnare* et *cachinnus*. Blomfieldus citat Catull. LXIII, 272. *undas — Quae tarde primum clementi flamine pulsae Procedunt, leni et resonant plangore cachinni*. Et Accius apud Nonium: *Ac ubi curvo litore latrans Unda sub undis labunda sonat, Simul et circum magnisonantibus Excita saxis saeva sonando Crepitu clangente cachinnat*.

*παμμῆτορ*. ἡ πάντων μήτηρ καὶ τρόφος. Schol. B. Sie terra saepissime appellatur.

V. 91. *πανόπτην*. Hom. II. III, 277. Ἡέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούεις.

V. 93. *αἰκία* notat proprie *id quod indignum est*, injuriam, qua quis afficitur, contumeliam, *cruciatum*,

ut h. l. Contrahobatur haec vox ex ἀείχμια, quare jota ubique longum est.

V. 94. „διακναίω. *Vellico. Crucio.* κναίειν est *vellicare* ut fullones paunum, ab antiqua forma κνάω, κνήμι, unde κνήθω, κνάπτω et similia. Aesch. Agam. 65. διακναιομένης ἐν προτελείοις Κάμακος. Eurip. Alcest. 109. χρή τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων πενθεῖν. Cf. Med. 164. Heracl. 297.“ *Blomf.*

τὸν μυριάτῃ χρ. „Non accurate μυριάδα ἐτῶν triginta enim millia annorum spatium captivitatis fuisse docuit Aeschylus in Prom. Ignif. testibus Scholiasta et Hygino. Sed μυρία nil nisi πολλὰ significat, metaphora e fluidis desumpta, a μύρω *fluo*. Cf. Valck. ad Eur. Phoen. 1480. D. Heinsium in Lect. Theocrit. p. 347. Etymol. M, p. 595, 5.“ *Idem.*

V. 100. ἐπιτεῖλαι τέρματα dicitur ut *sol*, qui exoritur. Conf. v. 183. sqq. πᾶ ποτε τῶνδε πόνην χροῖ σε τέρμα κέλσαντ' ἐσιδεῖν.

V. 101. Schuetzius de his ita iudicat: Se ipsum objurgat Prometheus; et paulisper ob malorum magnitudinem naturae suae oblitus, jam ad se redit. Sapienter hoc est a poeta institutum, ut illum humani generis amicum non quidem omni doloris sensu privatum, sed tamen propter animi fortitudinem pertinaciter ei resistentem fingeret. Sic malorum magnitudo, sub quibus eum laborare videmus, misericordiam, animi autem robur, quo tantam molem molestiarum sustinet, admirationem spectatoris augeat.

V. 105. ἀδρήριτον σθένος, *inexpugnabile robur*; a δῆρις, *ritu*, verbum est δηρίω, unde fit ἀδρήριτον, in quo contendere nequit, indomitus. Ἀδρήριτον ἄμαχον, ἀκαταμάχητον Hesych. Ἀδρήριτος ἀνίκητος Suid.



V. 106. Sensus est: *Se posse neque conqueri, ait Prometheus, neque non conqueri fortunam.* Nam neque tacere poterat de ea, quia in ipsa malorum commemoratione solatium aliquod positum sciebat, utpote qui se innocentem esse intelligeret, et loqui de ea ipsi molestissimum esse debebat, quia injuriarum sibi a Jove caeterisque diis illatarum commemorationem animum vehementer tangere necesse erat, nec vero ad finiendos hosce cruciatus quidquam conferre poterant querelae. Conf. v. 196. 197. ἀλγαινὰ μὲν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε, ἄλγος δὲ σιγαῖν, πανταρχῇ δὲ δύσποτμα.

V. 108. ἀνάγκαις h. e. κακοῖς. ἀνάγκη proprie est id quod evitari nequit, tum mala fortuna, aerumna.

V. 109 — 110. ναρθηκοπλήρωτον — κλοπαίαν. „*Indago autem ignis fontem a me surreptum et in ferula conclusum.* τὴν ἐν νάρθηκι θησανρισθεῖσαν· παρόσον τῷ νάρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρήσεις τοῦ πυρὸς, ὅθεν καὶ τῷ Διονύσῳ ᾠκείωσαν αὐτόν. Hesych. Sic Auctor Theogon. v. 565. Ἀλλὰ μιν ἐξαπάτησεν εὖς πάϊς Ἰαπετοῖο, κλέψας ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγὴν ἐν κοιλῷ νάρθηκι. Νάρθηξ ferula est, de qua Martialis, *Clara Prometheo munere ligna sumus.* Proclus ad Hesiod. Op. I, 52. ἔστι μὲν πυρὸς ὄντως φυλακτικὸς ὁ νάρθηξ, ἥπιαν ἔχων μαλακότητα εἴσω, καὶ τρέφειν τὸ πῦρ, καὶ μὴ ἀποσβεννύναι δυνάμενος. Vid. Ruster. ad Suid. v. κίρκον. Recte monet Schol. B. Aeschylum πηγὴν κλοπαίαν dixisse, quum debuerat πυρὸς κλοπαίου, et ναρθηκοπλήρωτον pro ἐν τὸς νάρθηκος. Sic infra v. 152. ἄδαμαντοδέτοισι λύμαις pro λύμαις δεσμῶν ἄδαμαντίνων. v. 600. (581.) οἰστορηλάτῳ δέλματι.“ BLOMF. νάρθηξ ferula fuit, in qua veteres ignem abscondebant, donec ejus medulla consumpta esset. De hac ferula Schue-



tzius (Excurs. III. p. 169.) adnotat: *νάροθης* fruticis genus, in Apulia et Aegypto quidem olim praecellere ferebatur (Plin. XIII, 43.). Ejus figuram delineatam praebent Matthias de Lobel in historia stirpium (p. 450.), et Matthiolus in epitome de plantis (p. 549.).

V. 111. *τέχνης πάσης*. V. 7. *παντέχνου πυρός σέλας*. v. 254. *ἀφ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας*. *πόρος*, *πορισμὸς τοῦ ζῆν* Schol. B.

V. 112. *τοιάςδε, tales*, h. e. tam malas et injustas. *ἀμπλακημάτων*. Qui h. l. *ἀπλακημάτων* scripserunt, errarunt, quum veteres, ubicunque longa syllaba desideratur ante literas *πλ*, dicere soleant *ἀμπλ*. Sic in *ἄβροτος* ubi primam syllabam produci volebant, *ἄμβροτος* loquebantur.

V. 113. *ὑπαιθρίοις*. V. 157. *αἰθέριον κίννγμα* se dicit Prometheus.

V. 114. Audit Prometheus appropinquare aliquem, et mirans conjicit, qui sint et quid velint. *ᾶ ᾶ* est admirantis; *ἔα ἔα* proprie sunt imperativi ab *ἔάω*, *sino*, ut sit: *sine, sine*, quod nos dicimus *warte, warte*.

V. 115 — 116. *ὀδυᾶ — κεκραμένη*. „Notae sunt ex Homero vestes mulierum odoratae, *εἵματα θυώδεα* (Od. XXI, 52.); notum est *ἀμβρόσιον Veneris πέπλον* (Il. XIII, 170.); notum denique quomodo se apud eum Juno Jovis complexibus paret, et quo pacto (Il. V, 338.):

*Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἡμερόεντος*

*Λύματα πάντα κάθηρεν, αἰεΐψατο δὲ λίπ' ἑλαΐφ*

*Ἀμβροσίῳ, ἔδανῳ, τὸ ῥά οἱ τεθυόμενον ἦεν.*

Sine dubio igitur Aeschylus advenientes Nymphas e vestibus et capillis ambrosiae odorem spargere finxit, ejus ad Prometheum usque dulcis aura spiraret.“ SCHUETZ. *ὀδυῇ* dicitur *ἀφεγγής*, quod Schol. B. *ἀόρατος*

explicat, omnino est odor *coecus* et *obscurus*, ab eo veniens, quod ignoramus et quod cerni nequit. *ὀστρος* autem et *βρότειος* appellatur odor, cuius *autorem* vel *deum* vel *hominem* dicimus, et *κεκραμένη ὀδμή* denique est is odor, *qui venit ab iis, qui ex homine et deo mixti sunt*, h. e. a semideo genere ortus. Alii *κεκραμένη ὀδμή* accipiunt de eo sono et odore, qui ab utroque genere, et deorum et hominum simul, proficiscatur. Quod mihi non probatum est, quum vix credibile sit, Prometheus putasse homines et deos simul adpropinquaturos esse, inter se non ita conjunctos, ut viam una soleant facere.

Caeterum hoc uno loco Prometheus liberioribus numeris loquitur, quum alias semper aut jambis utatur aut anapaestis.

V. 117 — 118. Sententia horum verborum est: *ad saxum, quod in extremis terrae oris est, nunquis venit spectator meorum laborum sive quid tandem aliud volens?*

V. 124. *τί ποτ' αὖ.* Propius adveniente Choro, Prometheus novum strepitum audit et alarum clangorem distinguere auribus potest.

V. 126. *ῥιπαῖς ὑποσυρῖζει*, *sibilat ad motum* alarum, h. e. aër simul cum alis sonat.

V. 127. Quidquid adpropinquat, mihi metum injicit. *τὸ προσέπων* non tam de *futuro tempore*, quam proprie de *accedentibus*, quicumque fuerint, intelligendum esse, Chori oratio declarat. Dixit quidem supra Prometheus, sibi nihil necopinatum accidere atque se omnia scire, quae futura sint, tamen semper veretur, ne sibi accidant, quae praeviderit, quum resistere nullo modo possit, sed omnia patienter ferre cogatur.

## V. 128. sqq. Argumentum hujus carminis est:

Chorus, qui ultima verba (φοβερόν τὸ πρ.) audierat, respondet Prometheo, non esse, quod metuat; nam se amicam ei esse cohortem, quae, ubi primum acceperit ferri quendam terribilem strepitum, curriculo alato ad-  
 vecta sit. Jubet ille respondens adspici, quae sibi sors acciderit. Oceanitides profitentur, se ejus adspectu vehementer commotas esse, et in Jovem caeterosque deos juniores invehuntur. Prometheus in Tartarum potius se dejectum esse optat, quam tali poena in hostium ludibrium affectum. Chorus respondet, ludibrio eum esse nemini, praeterquam Jovi, qui tyrannus sit caeterorum omnium vix ferendus. Ille affirmat, Jovem aliquando regno exutum iri; id, quomodo futurum sit, se non esse indicaturam, priusquam liberatus sit e vinculis atque Jupiter ei satisfacere constituerit. Oceanitides mirantur et reprehendunt Promethei superbiam atque pertinaciam, verentes, ne ejus sors nunquam in feliciorum statum convertatur, quum Jupiter tyrannus sit durissimus et animo implacabilis. At mitem eum fore, quum in illud periculum inciderit, contendit Prometheus.

De numeris harum stropharum, quas secundum G. Dindorfii rationem disposui, v. ejus Comment. in Soph. Oed. Tyr. v. 483. ed. Angl. Haec ille quatuor genera ejusdem mensurae commemorat:

- 1) ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘
- 2) ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘
- 3) ˘ ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘
- 4) ˘ ˘ ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘

Molle et suave carmen est, numeris levibus, non asperis. Sin cui versus nimis longi a nobis redditi esse

videntur, is hoc prope nihil referre scito, quum plures versiculos propter numerorum paritatem in unum conscripserimus, remque eodem redire, si in singulos dissolvantur. Vix enim credo, duriores fieri versus per longitudinem.

V. 128. ἦδε τάξις, i. e. *chorus*; nam hic apud veteres in certum ordinem stabat. περύγων θοαῖς ἀμύλλαις, „*alterno celerum alarum remigio*. Sunt qui haec ita interpretentur, ipsas Oceanitides alas fuisse, propriisque alis advolasse; nos autem de alis curru, quo vehebantur, adaptatis vel de curru alitibus juncto capimus.“ SCHUETZ. V. v. 135. σύθην δ' ἀπέδilos ὅχῳ περωτῶ.

V. 130. παρειποῦσα. παρειπεῖν proprie est loqui ad aliquem, ut moveatur, deinde *persuadere alicui*, καταπελθεῖν, Schol. B. Aegre se patri persuasisse dicunt e more mulierum, imprimis virginum, quarum apud veteres conditio non valde libera.

V. 133 — 134. ἐκ δ' — αἰδῶ. h. e. *et percussit meum verecundum pudorem*, vel excussit mihi. ἐκπλήττειν τὴν αἰδῶ Seneca Ep. XI. dicit *excutere verecundiam*. αἰδῶς appellatur θεμερῶπις, quam vocem restituit Bentlejus Opusc. p. 516. ed. Lips. Hesychii hae sunt glossae: θεμερὸν, σεμνόν. Θεμερῶπις, ἐρασμία, αἰσχύνη. Θεμερόφρονας, συνετοὺς, σώφρονας. Haec vox videtur derivanda esse a τίθημι, ponere, ut significet *id, quod sedatum est*; quod autem sedatum, est σεμνόν, ut Hesychius interpretatur. Omnino est igitur θεμερὸς *modestus, tranquillus*. θεμερῶπις αἰδῶς autem est *pudor, qui vultum modestum habet*, pudor amabilis. Oceanitides eo, quod audiebant, ita sunt exterriti.

tae, ut amici visendi deplorandique caussa, neglecto pudore virginali, illico huc venirent.

V. 135. Chorus ἀπέδιλος advolavit. Hoc vocabulo exprimitur festinatio, qua venerunt; relictis enim calceis currum conscenderunt. Itaque *nudi* cernebantur virginum pedes; caetero velato corpore proveniebant in scenam. Saepe autem ii, qui properant, discalceati venire dicuntur, cujus rei exempla ab editoribus haec commemorantur: Theocr. XXIV, 36. Bion I, 21. Soph. Elect. v. 877. Horat. Sat. I, 2, 132. Caeterum verisimile est, Oceanitides, priusquam Prometheus affigeretur ad rupem, cognovisse, eum a Jove hac poena mulctatum iri. Audito igitur vehementi strepitu, quod malleo Vulcani excitabatur, Nymphae intelligebant, quid accidisset, neque cupiditate videndi, quae caussa esset hujus stridoris, sed misericordia in deum amicissimum ductae hoc iter susceperunt. ὄχῳ πτερωτῶ, v. ad v. 128.

V. 137. „πολύτεκνος dicitur Tethys, quia magnum liberorum numerum Oceano pepererat, quos recenset Hesiodus in Theogon. v. 337. sqq.“ SCHUETZ.

V. 138—140. τοῦ — Ὠκεανοῦ. „*Et patris Oceani terram irrequieto flumine cingentis filiae.* Secundum veterum opinionem Oceani flumen totum terrarum orbem coronae instar ambire, tralatitium est. Aeschylus autem Oceanum deum ab cognomine flumine diserte distinguit (cf. v. 300. ἐπώνυμον θεῦμα). ἀκοίμητον θεῦμα appellatur flumen, cui Oceanus praesidet, propter perpetuum motum; et ex eodem fonte sine dubio fluxit nobilis Homeri phantasia, qua Somnum sic loquentem inducit (Il. XIV, 245.), ut Oceanum in soporem dare facilius quidem, quam Jovem, sed tamen magnum opus ac difficile esse significet.“ IDEM.

V. 143. φρουρὰν ἄζηλον proprie eas *excubias* dicit, *quas nemo inuideat ei*, h. e. miserrimas excubias. ἄζηλος, ἣν οὐδεὶς ζηλώσει Schol. B. Cf. Eur. Iph. Taur. v. 619. ἄζηλά γ', ὃ νῆανι, κοῦκ εὐδαίμονα.

V. 144. δμίχλη, *nebula*. „De lacrymis, imagine naturam aemulante. Lacrymae enim obortae quasi nebula, aut velo oculos obducunt, eorumque luminibus officiunt. προσάσσειν vehementiam prorumpentium lacrymarum designat. Tanta enim erat magnitudo malorum Promethei, ut Nymphis vel iuvis lacrymas exprimeret. Aptē quoque positum: δμίχλη πλήρης δακρύων. Etsi enim ipsae hanc nebulam lacrymae efficiunt, tamen eodem modo *nebula lacrymarum plena* probabiliter dicetur, quo *nubes pluviae plena* offensionem non esset habiturum. φοβερά vero, quia ob metum et angorem de Promethei fortuna lacrymae prorumpunt. Non enim interpretor *horrenda*, sed *ex horrore coorta*. Ut autem Aeschylus nebulae similitudinem ad lacrymas transfert, ita Sophocl. Antig. v. 532. et Eur. Hippol. v. 173. in eadem re νέφος usurpant, hoc tamen discrimine, ut ista metaphora frontem obnubilatam designent, e qua tanquam ex nube lacrymae stillent.“ SCHUETZ.

V. 145. εἰσιδούσα. Constructio illa saepe usitata, quae vocatur πρὸς τὸ σημαίνον. Quamquam enim ἐμοῖσιν ὅσσοις praecessit, εἰσιδούσα dictum est, quia ἐμοῖσιν ὅσσοις idem est quod ἐμοί.

V. 146. πέτραις προσαναινόμενον i. e. πρὸς ταῖς πέτραις προσαναινόμενον, rupi affixum et exarescentem. V. v. 20. sqq.

¶ V. 147. ἀδαμαντοδέτοιςι λύμαις, h. e. λύμαις δεσμῶν ἀδαμαντίνων, noxis, quas inferunt catenae.

*ferreae*. Eadem phrasis legitur infra v. 426. λύμαις, βλάβαις, κολάσσει Schol. B.

V. 148. οἰακονόμοι proprie sunt, *qui gubernaculum navis regunt*, gubernatores, frequenti metaphora dicti pro principibus et regibus. Sic v. 513. τίς οὖν ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστροφός;

V. 150. ἀθέτως. Bentlejo debetur vera lectio, sequuto Hesychium, qui haec affert: ἀθέτως· οὐ συγκατατεθειμένως. Αἰσχύλος Προμηθεΐ Δεσμ. Jupiter dicitur *sine lege novis legibus regnare*, h. e. rex Deorum novas quidem leges sequitur, sed hae sunt ita comparatae, ut nullae esse videantur.

V. 151. τὰ πρὶν πελώρια. πελώριος a πέλωρ idque a πέλειν ortum vocabulum; πέλειν quum significet *exoriri*, πελώριος est id, *quod in altum elatum est, monstruosum, ingens*. Sensus igitur est: *ea, quae olim valida et venerabilia fuerunt, nunc evertit Jupiter*. Dicit autem legēs Terrae et Coeli a Jove antiquatas.

V. 154. Schuetzius: „Sub terra Orcus Platonis regia, et sub Orco demum Tartarus esse fingebatur. Ad hanc normam Aeschylus, ubicunque de Tartaro loquitur, fabulam dirigit. Aptum vero est, quod in Tartarum potius se dejectum esse optat, quum propter eam, quam ipse affert, causam, tum propterea quod eo reliquos Titanas fere omnes Jupiter incluserat.“ Et propter id ipsum acerbè dictum est a Prometheo, quum optat, ut eadem poena afficiatur, qua caeteri Titanes, hostes Jovis, qui Promethei consilio victi fuerant.

V. 155. ἀγρίως πελάσας, *ferociter conjiciens* in vincula. Qui ἀγρίοις legunt, non animadverterunt, ineleganti loco positum esse hoc epitheton. Paulo magis conveniret Reisigii conjectura δεσμοῖς ἀλύτως ἀγρίοις,

nisi contorte dictum esset. Sed ut plurimorum librorum lectio contemnatur, nulla caussa est.

V. 156. ὥς — ἐπεγήθει. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 519. 7. p. 1184. — μήτε θεός, μήτε τις ἄλλος, h. e. *omnino nemo*. Homines commemorare non potuit Prometheus, quia non consentaneum erat, illos ex ejus malis gaudium capere, ut quos multis beneficiis affecisset; et quorum caussa esset mulctatus. μήτε θεός μηδεὶς ἄλλος conjecit Elmslejus, quae quum significent: *ne ullus quidem deus, ne unquam nec unus quidem deus*, inepta sunt.

V. 157. αἰθέριον κίνυγμα. Hesychius κήνυγμα videtur legere; ait enim: κήνυγμα τὸ κένον τοῦ σώματος, οἷον σκιά καὶ εἶδωλον, φάντασμα ἀσθενὲς καὶ ἀχρεῖον. Id Pauwius praefert, quia κίνυγμα *motaculum* significet, neque Prometheo affixo satis conveniat. Vulgatam tamen lectionem Eustathius quoque tuetur ad Il. IV, 281.: τοῦ δὲ κινύω αὐθις παράγων τὸ κινύσσω· ἐξ οὗ παρ' Αἰσχύλῳ αἰθέριον κίνυγμα, τὸ ἀέριον εἶδωλον. De significatione recte Schuetzius notat, αἰθέριον κίνυγμα esse, quidquid sublime in aëre pendeat, *ventorum ludibrium*, ut αἰώρημα apud Lyeophronem, cujus hunc locum (v. 1080. sqq.) commemorat:

Σηταία τλήμων, σοὶ δὲ πρὸς πέτραις μόρος

Μίμνει δυσαίων, ἔνθα γυιούχοις πέδαις

Οἰκτιστα χαλκείῃσιν ὠργυιωμένη

Θανῇ, πυρὶ φλέξασα δεσποτῶν στόλον,

Ἐκβλήτον αἰάζουσα Κράτιδος πέλας

Τόρροισιν αἰώρημα φοινίσι δέμας.

V. 158. ἐπίχαρτα. Alii Codd. exhibent ἐπίχαρμα, h. e. *res, de qua quis gaudet*; tum sese ipse Prometheus diceret ἐπίχαρμα, quod absurdum est hoc loco.



V. 159. *τλησικάρδιος*, dure cordatus, *σκληρογνώμων* καὶ ἀπηνόφρων Schol. B.

V. 163. *τιθέμενος ἄγναμπρον νόον*, h. e. *animum sibi faciens inflexibilem*. Metrum, quod creticum postulat, nobis indicare videtur, Aeschylum non scripsisse ἄγναμπρον. Non enim accurate haec vox respondet strophico: ἀμφὶ σαῖς.

V. 164. *οὐρανίαν γένναν*, deos omnino intellege, in quos severum est Jovis imperium.

V. 167. His indicatur, aliquando Prometheo opus futurum, ne Jupiter regno expellatur, ut Saturnus. In fatiis enim fuit, filium ex Thetide procreatum iri a Jove, qui potentior patre sit. V. v. 922. sqq. Hoc fatum Prometheus dicit τὸ νέον βούλευμα. Schuetzius ita de hac re judicat: Id consilium hic subobscurè et ambigue Prometheus indicat; in quo magna cernitur ars poetae, qui sic et attentionem spectatorum acuit, et actionis tragicæ cursum, ne justo citius ad finem perveniat, inhibet ac suspendit. Praeclare vero et hoc instituit, ut quum primam h. l. Prometheus consilii adversus Jovem olim nectendi mentionem fecisset, Chorus quamquam alias in curiositate ὀξύπινος, tamen id animadvertere non videatur, nec ab eo nunc diligentius, quando aut quo pacto illud futurum sit, exquirat, sed omne illud vaticinium, quasi somnium quoddam animi nimis concitati, silentio praetereat. Inde sibi poeta aditum paravit ad sequentem Promethei narrationem de beneficiis humano generi a se tributis; ad colloquium cum Oceano, ad Jus episodium, donec tandem repetitis iisdem de Jovis periculo praesagiis et paulo clariore in luce positis viam sibi ad catastrophem totius fabulae faceret.

V. 172. μελιγλώσσοις. Hujus versus caesura non violata est, quia dividi potest hoc vocabulum et haberi pro duabus vocibus. Interpretes laudant Homericum illud (Il. I, 249.): τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδὴ. Sensus loci est: *Eum nec precibus a Jove mollitum iri nec fractum minis.*

V. 173. „ἐπαιοδῇ, incantatio, i. q. ἐπωδῇ, cantilena magica, per quam morbos depelli credebant, cui apponitur μάγευμα *medicamentum magicum*. Hesych. Ἐπᾶσαι· γοητικὸν ἐπιλαλῆσαι. Id. Ἐπαιοδοὶ· φαρμακοί, γοήτες. Hom. Od. XIX, 457. ἐπαιοδῇ δ' αἶμα κελαινὸν ἔσχεθον, ubi Schol. Διοκλῆς ἐπαιοδὴν παρέδωκε τὴν παρηγορίαν. Pind. Pyth. III, 91. τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαιοδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας. quem locum citat Scholiasta modo laudatus. Xenoph. Mem. III, 11, 17. φίλτρα καὶ ἐπωδαί. Soph. Oed. Col. v. 1194.“ Blomf.

V. 177. Non solum ut e vinculis liberetur, postulat generoso ac superbo animo Prometheus, verum etiam ut sibi satisfiat, h. e. tantum honoris praemium sibi reddatur, quantum pro hoc cruciatu ac dolore satis sit.

V. 179. πικραῖς δύαισιν, h. e. *propter* acerba mala; ἐπιχαλᾶν enim est *remittere*, et proprie dici de funibus nauticis animadvertit Blomfieldus. Nihil tamen remittis tuae audaciae, et nimis libere loqueris.

V. 180. ἐλευθεροστομεῖν Aeschylus infra v. 327. λαβροστομεῖν dicit, et Suppl. v. 211. θρασυστομεῖν. Hesych. παρδῶσιιάζεσθαι. Blomf. citat Aeschyl. Pers. v. 591. ἐλεύθερα βάζειν. Schol. B. hoc sic explicat: σοβαρῶς καὶ ὑπεροπτικῶς φθέγγεις. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐλευθέρων τοιούτων ὄντων· τοῖς γὰρ δούλοις πεπτηγμένοι καὶ τρέμειν πάρεστι διὰ τὴν δουλίαν.

V. 184 — 185. κέλλειν est *navem appellere*, ἐλ-  
 λιμενίξεσθαι Schol. A. Hoc verbum proprie dicitur de  
 navigante, qui navem retrorsum agit, ut in portum  
 confugiat. Eur. Hippolyt. v. 140. κέλσαι ποτὶ τέρμα  
 δύστανον. ἀκίχητα — παῖς. Sensus hujus loci est:  
*Jupiter habet eos mores, ut nemini accedere liceat*  
*ad eum, et cor habet, cui nihil possumus persuadere.*  
 ἀκίχητα ἦθεα ἔχων, apud Homerum Achillem dici  
 eodem sensu ἀμήχανον notat Schuetzius.

V. 186 — 187. παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχειν  
 ejus est, qui sibi ipsi scribit jus, et penes quem jus  
 est. Significat igitur: *pro suo libitu regnare*. Blomf.  
 affert Eurip. Suppl. v. 431. τὸν νόμον κεκτημένος αὐτὸς  
 παρ' αὐτῷ.

V. 189. ὅταν ταύτη φαισθῇ, h. e. *quum hac*  
*ratione contusus fuerit*. φαίειν est tundere, frangere,  
 δαμᾶν Schol. B. Alter Schol. sic interpretatur haec  
 verba: ὅταν οὕτω τυφθῇ ἀπὸ τοῦ ἀναγκαίου ὥσπερ ἀπὸ  
 φαιστῆρος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν σιδηρῶν.

V. 190. ἀτέραμνος a τείρειν, *terere*, significat  
 eum, qui conteri nequit, σκληρὸν καὶ ἄκαμπτον Schol.  
 B. Proprie esse *crudum, difficulter coquendum*, ob-  
 servat Blomfieldus, laudans Etym. M. p. 163, 19. Τέ-  
 ραμνον γὰρ τὸ ἀπαλόν. λέγεται δὲ ἀτέραμνα καὶ τὰ μὴ  
 ἐψύμενα ὅσπρια· ἃ καὶ κερασβόλα προσαγορεύεται.

στορέσας, μαλακίσας καὶ καταβαλὼν Schol. B. Pro-  
 prie dictum esse hoc verbum de stragulis, et translatum  
 esse ad ventos et fluctus adnotat Blomfieldus. Στορεῦς·  
 γαληνοποιὸς Hesych. Hinc de *ira* adhibetur, quae com-  
 parari solet cum procella et aqua ventis agitata.

V. 191. ἀρθμόν, ἔνωσιν Schol. B. ἀρθμός· εἰρή-  
 νη, συνθήκη, φιλία Hesych. Est igitur i. q. ἀρμονία,

*gratia.* Similiter ἀρεθμὸς et φιλότης conjunguntur apud Hom. Hymn. ad Merc. 521. *Ληϊοῖδης κατένευσεν ἐπ' ἀρεθμῷ καὶ φιλότητι.*

V. 193. Schuetzius adnotavit: „Ad hanc Chori responsionem a proxime praecedente Promethei dicto transitus perfractor est, nec satis, ut ita dicam, complanatus. Certe pro iis, quae Prometheus postremo de sperata sibi Jovis reconciliatione dixerat, magis a Choro exspectabatur, ut spei tam laetae, quam ut poenae caussas et crimina Promethei curiosius exploraret.“ Quae ego prorsus nōn probo, quoniam nemo magis exspectabit, ut spem reconciliandae gratiae audiat, quam ut amissae gratiae caussas cognoscat. Accedit, quod Chorus ea, quae Prometheus de regno Jovis aliquando interituro praedixerat, non prius cum aliqua attentione respicit, quam ille hoc praesagium repetierat. Quapropter Oceanitides ante omnia ab eo ipso cupiunt audire, quo modo et quibus caussis factum sit, ut deus in haec mala incideret. Tum demum, ut videbimus, ex eo finem quaerunt et exitum hujus fortunae.

V. 194. *ποίῳ ἐπ' αἷτι.* est omnino *qua de caussa.*

V. 195. *εἴ τι μὴ βλάπτει λόγῳ.* Solemnis haec formula est eorum, qui cum urbanitate quadam se excusant, quod ex alio vel haec vel illa quaesierint, veriti, ne ipsorum curiositas nimia videatur. Conf. v. 765. *σήμηνον, εἰ μή τις βλάβῃ.*

V. 199. *ἐπεὶ τάχιστα* respondet Latino: *simul ac, quum primum, ut primum.* Xen. Anab. VI, 1. *ἐπεὶ δ' ἐδείκνησαν τάχιστα.*

V. 201. Jam mutata constructione loquitur. Hi nominalivi non sunt revera absoluti, sed ἐξ ἀνακολου-

θίας positi. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 311. p. 776. Butt. Gr. Gr. med. §. 145. 6. n. 1. p. 412.

V. 202. *δηθεν, scilicet*. Hanc particulam plerumque cum ὥς et participio conjunctam ironiae aliquid sententiae addere, observavit Blomfieldus, praeter alia exempla commemorans v. 988. ἐκερτόμησας δηθεν ὥς παῖδ' ὄντα με. — τούμπαν· τὸ ἐναντίον Schol. B. et Hesych.

V. 204. τὰ λῶστα, τὰ ὠφέλιμα Schol. B. συμφέροντα, ἄριστα Hesych. λῶστος in hoc sensu frequentius dici quam ἄριστος animadvertit Blomfieldus.

V. 206. „αἰμύλος. *Vaser*. ποικίλος, πυκνός, πανοῦργος, δολερός. Schol. in Plat. ed. Rubnk. p. 59. Videtur formatum fuisse ab αἴμων, *sciens*, ὑποκοριστικῶς, teste Etymol. M. p. 35, 26. Diminutiva in υλος desinentia aliquid ὑποκοριστικὸν in se habent, ut ἡδύλος ab ἡδύς, μικκύλος a μέκκος vel μικρός, ἐρωτύλος ab ἔρως, ὀσμύλος, αἰσύλος, Αἰσχύλος, Χρεμύλος. Forma Aeolica fuisse videtur, quippe quae in lingua Latina servata fuerit, ut in diminutivis *parvulus*, *tremulus*, *globulus* et similibus, ac praesertim *aemulus*, quae vox nihil aliud est quam αἰμύλος. Omnes hujusmodi voces paroxytonae sunt, exceptis tantum ὄξύλος et Ἴτυλος, teste Schol. Theocrit. III, 7. et omnes penultimam corripunt; producit tamen penultimam retrahitque accentum Ἴππυλος in Aristoph. Vesp. v. 192. καίτοι παρῆν Ἴππυλος, Ἀντιφῶν, Λύκων. Sed ibi legendum est vel παρῆσαν Ἴππύλος, vel παρῆν Ἴππυλλος.“ Blomf.

V. 208. Utrum ἀμοχθεῖ an ἀμοχθῇ scribatur, dubium est. V. Herm. ad Soph. Aj. v. 1206. Recentiores ex similitudine aliarum vocum in τ desinentium praeferunt ἀμοχθῇ. Conf. Blomf. ad h. l. et Hartung in libro: *Ueber die Kasus*, p. 213. sqq.

V. 209 — 210. *Θέμις καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία.* Scholiastae hos versiculos interpretantur, Themis et Terram unam eandemque deam esse, et Themis Terrae quoque nomine appellari; referuntque οὐχ ἅπαξ μόνον ad nomen, *sic non semel tantum appellari* illas: quod quidem ridiculum est, atque οὐχ ἅπαξ μόνον cum προὔτεθεσπίκει conjungendum esse, res ipsa docet. Verum de eo dubitatur, utrum et Terra vocetur Promethei mater, an sola Themis. Schuezzius propterea versum καὶ Γαῖα — μία ejiciendum suspicatus est. Dicitur quidem Terra πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, et interpretes aliquot locos commemorant, ubi Γαῖα eadem et Ἑστία et Δημήτηρ appellatur. E quibus apparet, varia nomina Terram habuisse; at nullus adferitur locus, ubi Themis dicatur Terra et Terra Themis. Quapropter incredibile est, Themis ab Aeschylo hoc loco dici Terram, et quia nulli alii auctores sic appellarunt, et quia Aeschylus in principio Eumenidum diserte ait, Themis esse filiam Terrae, matrique successisse in administrando oraculo, et infra v. 876. Prometheus matrem Themis Titanida vocat. Titanides autem sunt Coeli et Terrae filiae; quare Terra non posset ipsa Titanis nominari. Auctore Apollodoro haec sunt Titanidum nomina: Thetys, Rhea, Themis, Mnemosyne, Phoebe, Thea. Quae quum ita se habeant, mihi non dubitandum videtur, quin Themis et Terra hoc quoque loco inter se distinguantur, ut illa sit mater Themidis Prometheique avia, Themis autem mater Promethei. Conf. quae ad interpretationis Germanicae (p. 66. sqq.) hunc locum adnotavimus. Blomfieldus cum his Aeschyli verbis confert Apulej. Met. XI. p. 259. ed. Elmenhorst.

*Cujus numen unicum* — — — *nomine multijugo totus veneratur orbis.*

V. 212. κατ' ἰσχύν est *per robur, per vim*; πρὸς τὸ καρτερόν i. q. v. 208. πρὸς βλάν, *vi facta.*

V. 213. τοὺς ὑπερσχόντας. Porsoni emendationem veram duxi, quia facile accidere potuit, ut haec aoristi forma ab interpretantibus librariis in futurum ὑπερέξοντας vel in praesens ὑπερέχοντας mutaretur. Neque tamen permultorum librorum lectionem ὑπερέχοντας, a novissimis editoribus receptam, propter numeros spernendam esse puto; apud Euripidem enim saepius jambus solutus, sequente spondeo, reperitur. Sic Phoen. v. 477. δούς τῷδ' ἀνάσσειν πατρίδος ἐνιαυτοῦ κύκλον. v. 503. ἐγὼ γὰρ οὐδέν, μήτερ, ἀποκρύψας ἐρῶ. Neque, nisi fallor, apud Sophoclem hujus numeri nulla exempla sunt. Aeschilo tamen magis convenit gravitas numerorum, qualis est: δόλω δὲ τοὺς ὑπερσχόντας κρατεῖν. Reisigius videtur τοὺς πελωρίους conjecisse, quia quum varient libri in verbo ὑπερέχειν aliud vocabulum, cujus interpretamentum ὑπερέχειν sit, olim scriptum fuisse putabat. Verum δόλω δὲ τοὺς πελωρίους κρατεῖν mihi ad numeros parum placet; non enim sunt pleni et satis graves.

V. 215. προσβλέψαι ut ἀποβλέψαι proprie est *adspicere*, deinde *respicere*, rationem alicujus rei habere. Nam si quis nos adspicit, aliquam nostrum rationem habeat necesse est.

V. 216. κράτιστα supra v. 204. τὰ λῶστα dixerat. τῶν παρεστώτων τότε i. e. *praesentis rerum status, der damaligen Umstaende.* Aeschyl. Agam. v. 1055. τὰ λῶστα τῶν παρεστώτων λέγει. Alii male *de iis, quae tunc in mentem veniebant*, interpretan-

tur. Similiter Noster Eum. v. 446. ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηπεν τόδε.

V. 217. προσλαβόντα et προσλαβόντι legitur; utraque lectio bona est; nam προσλαβόντι si legimus, ad μοὶ ἐφαίνετο referendum est hoc participium, accusativum autem ad συμπαραστατεῖν referre licet. Brunkius exempla hujus constructionis profert ex Eur. Med. v. 660. 744. 813. 883.

V. 219. ἐμαῖς δὲ βουλαῖς h. e. meo consilio factum est, ut Tartarus eos celet. Tartarus vocatur μελαμβαθής, profundus simul et tenebricosus. Alii hanc vocem μελαμβαθὺς scribunt, quod analogiae repugnare observavit Blomfieldus; adjectiva enim in υς cum altera voce composita υς in ης mutare ait, ut περυγκῆς, κυνοθρασῆς, alia.

V. 223. κακαῖσι ποιναῖς. Schuetzius hunc locum sic explicat: „*Talibus a me beneficiis affectus deorum tyrannus malam hanc mercedem mihi retribuit.* Sic enim interpretari malo τὰς ποινὰς, quam cum Stanlejo *poenas* vertere. Punitum enim se a Jove Prometheus non concedebat, sed vexatum, injuria affectum. *Mercedis* vim interdum vocabulo ποινῇ tribui e Pindaro constat, qui ἡσυχίαν καμάτων μεγάλων ποινὰν appellat. In Guelph. et Mosq. 1. est τίμαις, minus bene.“ Haec ille quidem docte monuit, sed quum ποινῇ ita interpretandum sit, ut interpretatus est, haud dubitandum videtur, quin τιμαῖς vera lectio sit; τιμὴ enim *praemium* significat in utramque partem accipiendum; κακὴ τιμὴ igitur est *malum praemium*, quo eum remuneratus est Jupiter. Nam si recte Schuetzius animadvertit, Prometheus non concedere, se jure punitum a Jove, ποινῇ



non satis apta vox est, quippe in qua simul insit *poenae* significatio.

V. 225. τοῖς — πεποιθέναι, h. e. *ut non fidant amicis.* Tyranni enim quum semper de sua salute vereantur, morbo quasi laborant, ut insani homines, neque in quoquam vel amicissimo suam salutem tute positam arbitrantur. Intelligimus autem ex his verbis, Prometheus a Jove non tam propterea cruciatum esse, quod hominibus eximia deorum munera dederit, quam quod legibus atque imperio Jovis non obtemperaverit. Quam audaciam quum rex deorum sensisset, in iracundiam incidit et diffidentiam; nam quum Prometheus legibus non pareret, ille suspicatus est, eum posse facile permoveri, ut novis rebus studeret Jovisque regnum, seditione concitata, disturbaret.

V. 230. διαστοιχίζεσθαι est *in ordinem aliquem componere, ordinare.* Διαστοιχίζετο· διετίθετο ἐν στοίχῳ καὶ τάξει· διήρκει ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς σηκοὺς εἰσαγόντων τὰ πολυμνία, καὶ διακρινόντων ἐκ τῆς νομῆς ἑκάστῳ τὰ ἴδια. Hesych. διεμέριζε κατὰ τάξιν. Schol. B.

V. 231 — 234. „Cur humano generi Jupiter adeo infensus fuerit, caussam nullam Prometheus affert; idque consilio sic instituisse videtur Aeschylus, ut iterum constaret Jovem omnia ad arbitrium suum exigere, nec aliam juris legumque caussam nisi voluntatem ac libitum suum agnoscere. In quo quanto violentiorem tyrannum Jovem esse spectatoribus ostendebat, tanto propius eorum animos Promethei fortuna tangi volebat, unici nimirum salutis hominum auctoris et praesidii. Caeterum hic iterum Aeschylus ab Hesiodo discedit, qui Jovem hominibus propter fraudem Promethei in carnum distributione sibi illatam iratum fuisse, iisque perditis

illum ulcisci voluisse scribit (Opp. et hier. v. 48. sqq.). αἴστοῦν (ut v. 151.) est *extinguere, delere*. Suidas: αἴστωσαι, ἀφανίσαι. Hesychius: αἴστωθεις, ἀφανισθεις. De hoc Jovis consilio genus humanum delendi varie apud alios contextitur fabula. \*Quae de pluribus hominum generibus; aureo, argenteo etc. Hesiodus narrat, ea ab Aeschyli figmento plane aliena sunt. Propius vero accedit Apollodori narratio, qui (lib. I, p. 18.) quum Jupiter aeneum hominum genus diluvio perdere vellet, Deucalionem Promethei consilio arcam illam seu navem confecisse scribit, qua se cum Pyrrha servaret. φυτεύειν (in Guelph. pro φυτῶσαι est φυτῆσαι), *plantare, gignere, creare*. Hesychius: φῑτυ, φυτὸν, φύτευμα. φῑτυμα, τέκνον, γέννημα. φυτεύσατο, ἐγέννησεν.“ SCHUETZ.

V. 234. τοῖσιν. Non opus est Elmsleji conjectura τοισίδ', a Blomfieldo recepta; antiqui enim scriptores ὁ pro οὗτος dicunt. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 264. §. 291. Buttm. Gr. Gr. med. p. 116. et §. 126.

V. 235 — 236. ἐξερυσάμην. Alii ἐξελυσάμην, eodem sensu, legunt; sed quum hoc valeat *exsolvere*, ἐξερυσάμην aptius dictum est, quoniam haec vox multo fortior est; significat enim *eripere: eripui eos*, quominus ad inferos descenderent. τοῦ μὴ. Negatio potuit omitti, sed Graeci solent, quum de aliqua re neganda cogitant, eam exprimere. τοῦ quoque omittere licuit, et μὴ διαρρ. μολεῖν scribere; denique τὸ μὴ dici potuit. Conf. Matth. Gr. Gr. m. §. 534. n. 5. §. 540. διαρρ. δαισθέντας, φθαρέντας ὑπὸ Διός. Schol. B.

V. 239. ἐν οἴκῳ προθέμενος· προθέσθαι τί est *aliquid in publicum adspectum proponere*; ἐν οἴκῳ προθέσθαι τινα igitur significat *aliquem in miseratione habere, vel miseratione dignum habere*. Sensus totius

loci est: *ego mortales miseratione dignos judicavi, at ego ipse non dignus judicatus sum, qui misericordiam nanciscerer.*

V. 240. *νηλεῶς*, „*immisericorditer*. Anacr. LX. *νηλεῶς φεύγεις*. Hanc formam pro vulgata *ἀνηλεῶς* Elmslejo obsecutus, dedi. Meminerint tamen tirones eam ex *ἀνηλῶς* per aphaeresin formari, non autem ex particula privativa *νῆ*, quae, si quid me audias, a Graecia abjudicanda est: quae opinio exemplis confirmanda est. Valckenarius, vir eruditissimus, aliter sentiebat; putabatque *νηλεῶς* a *νῆ* et *ἐλεος* componi, ut *νῆστις* a *νῆ* et *ἔστις*. Quod si verum sit, quid fiet *ἀνηστις*, quae vox alicubi apud Cratinum Athenaei eodem sensu occurrit? Quinimo *νήγρετος* et *ἀνήγρετος*, *νήνεμος* et *ἀνήνεμος*, *νηκουστέω* et *ἀνηκουστέω*, *νήκεστον* (Hesiod. Op. v. 283.) et *ἀνήκεστον* promiscue adhibentur: item *νηλεγῆς* pro *ἀναλεγῆς*, *νηπενθῆς* pro *ἀναπενθῆς*, *νημερτής* pro *ἀναμαρτής* (Hesych.) dempto *a*, et *a* in *η* Jonice mutato. *ἀνάλιπος* legitur apud Theocritum IV, 56. pro quo *νῆλιπος* Apoll. Rh. III, 646. Lycophr. 635. quod reponendum est in Soph. Oed. Col. v. 349. pro vulgato *νηλίπους*. Ducitur enim ab *ἥλιψ*, *ὑπόδημα*. Eustath. ad Iliad. X, p. 787, 52. aliter *ἐτυμολογεῖ*.“ Blomf.

V. 241. *ἐρῶθύμισμαι*. *ῥυθμίξειν* proprie dicitur *de verbis, quae ita ordinantur, ut certus quidam sonus existat: in numeros redigere*. Omnino igitur est certo quodam modo disponere, constituere aliquid. Prometheus quum de se dicit *ἐρῶθύμισμαι*, significat *se alligatum esse, ut in certo quodam statu maneat*. Ita distentus sum, inquit, ut Jovi contumeliosum sit. Nos dicimus: *Ich bin so zugerichtet, in solchen Zustand versetzt worden*. Ita Xerxes Aesch. Pers. v. 746. di-

citur, quum mare coercere tentaret, καὶ πόρον μετέφ-  
 ρύδιμιζε. Schol. B. ad nostrum I. interpretatur: οὕτως  
 ἢ ἐνταῦθα ἐτάχθην.

V. 246. ἐλεεινὸς Epicam formam correxit Por-  
 sonus. Librarii enim, quum Homerum saepius legis-  
 sent, hujus formas in alios omnes auctores inferre so-  
 lebant.

V. 247. Sensus est: *num quid audacius in Jove  
 offendendo progressus fecisti?* Recte vidit Schuetzius,  
 caute ac moderate loqui Chorum; non eum dicere ἡμαρ-  
 τες, sed προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω, ne Jovi assentiri  
 videatur Prometheique animum offendat. περαιτέρω·  
 πλείω ἔμπροσθεν. Hesych.

V. 248. ἔπαυσα μὴ. De addita negatione μὴ vid.  
 quae supra v. 235. diximus. Caeterum γε particula  
 quum saepe in responsione usurpetur, mihi hoc loco  
 non inepta videtur, quum significet, Prometheum *con-*  
*cedere*, se esse ultra haec progressum, et hominibus  
 quidem alia quoque dedisse. Affirmat igitur, ut nostrum  
*Ja.* Τε quod vulgo legitur, absurdum est. Nulla qui-  
 dem posita copula responderi potuit, sed quam ob rem  
 γε improbandum sit, non video. Conf. v. 254.

V. 249. τὸ ποῖον, v. Matth. Gr. Gr. m. §. 265. 4.

V. 252. Jam commemoratur id, quod maxime va-  
 luit, ut Jupiter irasceretur Prometheo.

V. 256. ἀλκίζεται, κολάζει Schol. B. χαλᾷ, χα-  
 λᾶν τινά τινος, aliquem aliqua re laxare. Sensus igitur  
 est: *nulloque pacto te ex his miseris solvet?*

V. 259. δόξει δὲ πῶς; quo autem modo illi pla-  
 cebit, h. e. *quomodo putas Jovem eo adductum iri,  
 ut finem tuis laboribus imponat? Quid speras?*

V. 263. ὅστις — πόδα ἔχει. Ἄρην ἔξω πόδα  
 AESCHYLI PROMETHEUS VINCT. 10

πηλοῦ· ἐπὶ τῶν βουλομένων μὴ ἐν πράγμασιν εἶναι. λέγεται δὲ καὶ αἶρειν ἔξω πόδα αἰτίας. Suid. Qui pedem habet extra mala, iis non obstrictus est, h. e. *caret malis*. Schuetzius haec adnotat: „Quamvis mihi Nympharum objurgatione tamen irritatus Promethei animus aegritudinem ejus et vim doloris, quo premitur, ingenue prodit. *Facile est, si quis omnibus curis atque aerumnis expeditus est, eum alios infelices monere et verbis castigare.* Ad sententiam comparavit Stanlejus Dionis Cassii dictum (lib. 38.): ῥᾶν παραινεῖσαι ἐτέρους ἐστίν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερεῖσθαι, ac Terentianum illud (Andr. III, 1, 9.), quod nemini non succurret: *Facile omnes quum valemus, recte consilia aegrotis damus*; adumbratum ex Menandri versiculo: ὑγιῆς νοσοῦντα ῥᾶστα πᾶς τις νουθετεῖ. Caeterum πῆματος ἔξω πόδα ἔχειν differt a simili phrasi, πῆματος ἔξω πόδα ἀνέχειν, quod recte Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 1293. interpretatur: *pedem e malis retrahere*. παραινεῖν et νουθετεῖν differunt. Hoc est *reprehendere, objurgare, illud monere, consilia dare*.” παραινεῖν, συμβουλεύειν. νουθετεῖν, διδάσκειν Schol. B.

V. 265. τὸν κακῶς πράσσοντ'. Sic recte emendarunt viri docti. Nam quum ea, quae sequuntur (ἐγὼ δὲ—), aptissima sint, et non possint bene mutari, commodum fuit et facile pro plurali ponere singularem. Conf. Aeschyl. Eum. v. 300., ubi olim critici eandem medelam adhibuerunt.

V. 266. ἐκὼν—ἀρνήσομαι. „Hic mihi velim aliquis attendat, quam generoso spiritu culpam non solum confiteatur, sed etiam augeat. Nimirum chorus tantum deliquisse eum monuerat (v. 260.), consultone id fecerit an imprudenter, in dubio relinquebat; Pro-

metheus vero non se deliquisse solum fatetur, sed addit insuper ἐκὼν, ἐκὼν ἡμαρτον. Scilicet quia, quod illae vitio sibi vertebant, id summam virtutem esse sibi conscius erat.“ SCHUETZ. Loquitur v. 268. Prometheus etiam de *poenis*, quibus se maceratum iri non putaverit.

V. 269. πεδαρσίοις pro μεταρσίοις Aeolica forma dictum est, ut v. 712. 718. Interpretes laudant Valcken. ad Eur. Phoen. v. 1034. ubi de πεδαίρω loquutus: verbum est Aeolicum, inquit, neque a Sophocle potuit vel ab Euripide praeterquam in choro collocari, vel in trochaicis. Aeschylus in senariis Doricis istiusmodi formis et Aeolicis non abstinet. Idem ibid. v. 11. ait de Aeschylo: „quas in Sicilia didicerat formas verborum Doricas, in Atticam scenam introducere non dubitavit. Athen. IX, p. 402. C. Αἰσχύλος, διατρέψας ἐν Σικελίᾳ, πολλὰς κέρχεται φωναῖς Σικελικαῖς.“ Tales et rariores quidem formas Blomf. ad h. l. commemorat: πεδάοροι pro μετέωροι, πεδαίχμιοι pro μεταίχμιοι (Choeph. v. 587.), μᾶ pro μῆτερ (Suppl. v. 897.), ποτὶ pro πρὸς in senario (Eumen. v. 79.), μάσσων pro μεῖζων infra v. 632., πεδοῖκον pro μετοῖκον in Τρόφοις ap. Hesych. in voce, ἀρχέστατον Jönice in Penelopa ap. Etymol. M. p. 31, 6., ἀφθονέστερος in Heliasin ap. Athenaeum et Eustath. ad Iliad. IX, p. 746, 46.

V. 271. Vulgo καὶ μοι legitur, sed quum copula carerent haec et antecedentia, τοὶ pro μοὶ recipiendum duxi. Καὶ enim particula non sufficit, ut oratio apte cohaereat, quod sentiens Schuetzianus καὶ transitum ad alia significare, ut Germanorum *doch*, arbitratus est.

V. 275—276. Sententia est: *profecto eodem modo pererrans infortunium aliunde ad alium divertitur*, h. e. fortuna mutabilis est quum adversus me tum ad-

versus alios omnes. Conf. Eur. Phoen. v. 86. sqq. χοῖ δ', ὦ Ζεῦ, οὐκ ἔαν βροτῶν τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῇ καθεστάναι. De transpositione verborum πρὸς ἄλλοι' ἄλλον v. Matth. Gr. Gr. m. §. 595. 3. ταῦτὰ Blomfieldus κατὰ ταῦτα explicat et ὁμοία Schol. B., qui προσιζάνει interpretatus προσέρχεται, προσκάθεται, praecclare addit: ἡ πημονὴ καὶ ἡ δυστυχία ἄλλοτε πρὸς ἄλλον προσιζάνει πλανωμένη καὶ φερομένη, ἥγουν ἄστατός ἐστι, καὶ οὐκ ἂν τοῦ αὐτοῦ καταφέρεται. ἐπεὶ οὖν ταῦθ' οὕτως ἔχει, δεῖ καὶ ὑμᾶς ἐμοὶ συμπονεῖν δυστυχοῦντι, ἵνα καὶ ὑμῖν εἴποτε ἂν συμβαίῃ, τὸ γὰρ τῆς τύχης ἄδηλον, τὸ ὑμᾶς παραμυθησόμενον ἔχοιτε.

V. 277. Ex hoc loco apparet, currum, quum haec inter se loquerentur, in aura conspectum fuisse Nymphasque adhuc in eo consedissee. Jam currus, Promethei jussu, ad terram admittebatur. ἐπιθωῦσσειν supra v. 73. significabat *cum clamore vociferari*, neque hic est simpliciter *dicere*, sed *cum clara voce dicere*, *zurufen*. Nam quum illae per aerem ferrentur, a Prometheo ad rupem religato videntur longe remotae fuisse. Quapropter jubentur, curru demisso, propius accedere, ut ejus fatum audiant.

V. 279. sqq. κραιπνόσυτον θᾶκον. Scholiasta ait: δέον κραιπνόςυτως προλιποῦσαι εἰπεῖν, κραιπνόσυτον εἶπε πρὸς τὸ θᾶκον. Quae interpretatio non vera est; κραιπνόσυτος enim θᾶκος significat sedem, quae est in curru alato vel a gryphibus (ut mox Oceanum advehi videmus) vecto. Propter celeritatem igitur, quae currus movebatur, sedes h. e. ipse *curriculus* κραιπνόσυτος appellatur. Deinde αἰθέρα vocat ἀγνὸν h. e. (καθαρόν Schol. B.) *purum* et *vastum*, eundemque πό-

ρον οἰωνῶν, *avium viam*, i. e. regionem, ubi aves habitant.

V. 282. ὀκριοέσση, τῇ χαλεπῇ καὶ σκληρᾷ καὶ πετρῶδει, λέγω δὲ τῷ Κανκάσῳ Schol. B. ὀκρίοις· ὁ τραχὺς λίθος· ὀκρίας δὲ τὰς πέτρας φησὶν Ὅμηρος. Δι' ὀκρίας ἠνεμοέσσας. Etym. M. p. 261, 6.

V. 284. Schuetzius: Jam scenam ingreditur Oceanus, Nympharum, quae chorum constituunt, pater. Is eadem via profectus a tergo Promethei venit, nec prius quam proxime ad eum accessisset, ab eo conspici poterat. Fingitur autem aliti inequitare, quem Schol. Gryphem interpretatur. Idem infra τετρασκελὴς οἰωνὸς appellatur v. 395.

V. 285. διαμειψάμενος, διελθὼν Schol. B.

V. 286. τὸν πτερυγωνῇ, τὸν ταχὺν ταῖς πτέρυξι γύπα ᾧ ἐπ' ὤχεϊτο Schol. B.

V. 287. γνώμη, θελήματι ἐμῷ Schol. B.

V. 289. τὸ — ξυγγενὲς, ἡ συγγένεια. Οὐρανοῦ γὰρ ἀμφοτέρα ἔκγονα Schol. B.

V. 290. ἐσαναγκάζει, συμπάσχειν σοι. Schol. B.

V. 291. χωρὶς γένους, *ut omittam genus*; *ut genus non spectemus*, nemo quisquam est, cui plus tribuam.

V. 292. νείμαιμι. De hoc optativo v. Matth. Gr. Gr. m. §. 527. 6. p. 1216.

V. 294. χαριτογλωσσεῖν, χαρίζεσθαι διὰ γλώττης Schol. B. Hoc verbum enim proprie significat *ea loqui, quae alicui grata sunt, licet animo et voluntate non dicantur*, h. e. blandiri. Eur. Orest. v. 1528. γλώσση χαρίζεσθαι.

V. 298. ἔα h. l. admirantis est, *heu*. τί χοῆμα *quid hoc rei est, quid accidit?*



V. 300. ἐπώνυμον δειῦμα, „*fluctum cognominem*, Oceanum, amnem s. mare, significant; eumque ab Oceani persona distinguit. Eustath. ad Odys. V, p. 1545. l. 48. οὕτω καὶ Ὀκείανος τό τε ὕδωρ αὐτό, ὃ μυθησόμενος, ὡς θεὸς ὃν ὁ τραγικὸς Αἰσχύλος ἐπὶ γρυπὸς καθίζοντα ἐξάγει πρὸς θέατρον.“ SCHUETZ. ἐπώνυμος praeditum esse duplici potestate notavit Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Marin. IX; significat enim vel *qui nomen ab aliquo trahit, vel qui suum alteri tribuit.* τὸ ὀνομαζόμενον ἀπὸ σου καλούμενον. Schol. B.

V. 301. αὐτόκτιτα ἄντρα sunt *antra, quae non arte facta sed sponte et natura nata sunt.* Blomfieldus commemorat Soph. Oed. Col. 698., ubi αὐτόποιον eodem sensu dictum est. αὐτοκατασκεύαστα Schol. B. αὐτοκτίστους δόμους· οὐ κατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταυτομάτου γεγεννημένους. Σοφοκλῆς Κηδαιῶνι. Hesych. De σιδηρομήτορα conf. Matth. Gr. Gr. m. §. 446, 3, 6. p. 1004. et §. 112. not. 2. Caeterum *ferrī mater terra* intelligenda est *Scythia*, ubi Chalybes (v. infra v. 716.) habitabant, qui ferrum invenisse dicuntur.

V. 305. „*συγκαθίστημι. Conjuncte erigo.* Thucyd. IV, 107. παρὼν δὲ καὶ Περδίκκας εὐθὺς μετὰ τὴν ἄλωσιν *συγκαθίστη ταῦτα*, ubi recte Schol. *συνεβεβαίου.*“ Blomf.

V. 308. ποικίλος, *variū*, proprie de colore dicitur, cujus multa genera sunt; unde ad animum translata vox consilii varietatem et copiam indicat, prudentiam, sapientiam. *συνετὸς* Schol. B.

V. 309. μεθ' ἄρμους αὐτὸς τρόπους, h. e. *mores tuos immutato*; μεθαρμοῦναι τι est *sibi aliquid in aliam formam redigere.* Additum est νέους, quo effectus exprimitur; *novos* enim commutatos mores vult fieri. Monet eum, ut mitior fiat, quoniam, antiquis diis ex-

pulsis, non habeat idem jus, quod antea habuerit. Novas enim leges dedisse Jovem, quocirca novis moribus utendum esse.

V. 311. τεθηγμένους λόγους, ἀκήρους καὶ ὕβριστικούς ἐκ μεταφορᾶς τοῦ τεθηγμένου σιδήρου καὶ ἔστομωμένου Schol. B. Soph. Aj. v. 584. γλῶσσα σοῦ τεθηγμένη.

V. 313 — 314. τὸν νῦν χόλον — μόχθων, τὴν λύπην τῶν νῦν δυστυχῶν. Schol. B. παιδιὰν εἶναι, παίγνιον πρὸς τὰ μέλλοντα καταλήψεσθαι σε κακὰ παρ' αὐτοῦ. Id.

V. 317. ἀρχαῖα, h. e. exoleta, stulta. ἀρχαῖα, τὰ μαρὰ, παρ' ὅσον οἱ μὲν ἀρχαῖοι ἀπλῶς καὶ ἀποικίλτως ἔζων, οἱ δ' ὕστερον φρονήσει καὶ περιττότητι νοῦ. Schol. B. Interpp. laudant Arist. Nub. v. 912. 980. et Cie. Philipp. 1. *Negligimus ista, et nimis antiqua et stulta dicimus.*

V. 319. τὰ πείχειρα, τὰ ὑπὲρ τὸν μισθὸν διδόμενα τοῖς χειροτέχναις. Hesych. τὰ πείχειρα, τὸν μισθὸν, τὰς ἀμοιβὰς Suid. Est igitur omnino *merces* et in utramque partem dicitur, sive *poena* sive *praemium* significans. Infra v. 329. idem dicit manifestius *ζημία*.

V. 320. ταπεινὸς est *is, qui humi prostratus jacet*; hujus autem vires fractae sunt. Schol. B. supplet ἐγένον.

V. 323. πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖν saepius dicitur πρὸς κέντρα λακτίζειν. Recte monet Schuezzius, Hesychium, quum hanc dictionem interpretetur *παρομίαν ἐπὶ τοῦ κατὰ τῶν ἐναντίων τι λέγειν ἢ πρᾶττειν*, verum proverbii sensum non expressisse; dici enim de iis, *qui repugnando superioribus plus obsint sibi, quam prosint*. Metaphoram explicat Schol. B. ita:

πρὸς ἀπάνθας πόδα ἐξάγειν. ἔστι δὲ παροιμία εἰρημένη ἐκ τῶν βοῶν τῶν κεντουμένων ὅπισθεν, καὶ ἐν τῷ λακτίζειν τοὺς ἰδίους πόδας αἰμασσόντων τῷ κέντρῳ. Interpretes commemorant Zenob. V, 70. παροιμία ἧς μέμνηται Εὐριπίδης (Bacch. v. 784.) καὶ Αἰσχύλος δὲ ταύτης μέμνηται (Agam. v. 1635.). Pind. Pyth. II, v. 173. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτίζεμεν τελέθει Ὀλισθηρὸς οἶμος. Act. Apost. IX, 5.

V. 324. οὐδ' ὑπεύθυνος. ἀνυπεύθυνος is est, qui nemini rationem reddit, suique arbitrii est, πρῶτα-νις ἄκριτος Aesch. Suppl. v. 367. Conf. K. F. *Herm. Lehrbuch der Staatsalterth.* §. 63.

V. 327. λαβροστομεῖν est ὑψηγορεῖν ἄγαν, *intemperanter loqui*. V. ad v. 180. Schuetzcius: citatur h. l. in Schol. ad Nicandri Alexipharm. p. 41. ed. Schneid.: λαβράζουσι, ἐν τῷ δήμῳ λάβρως φωνοῦσι. Καὶ Ὅμηρος· τὶ πάρος λαβρεύεαι. Καὶ Αἰσχύλος· μὴ λαβροστόμει.

V. 329. προστρίβεται· προσπλήσσεται Hesych. adteritur quasi poena et inuritur, h. e. *infligitur*. Saepe dicitur πληγὰς προστρίβειν τι.

V. 330. ζηλῶ σ', ζηλεῖν τινα proprie est *invidere alicui ob secundam fortunam*, deinde omnino aliquem *felicem praedicare*, μακαρίζειν τινα. Schol. B. sensum ita exponit: θαυμάζω σε Ὀκεανέ, ὅτι ἐκτὸς αἰτίας καὶ μέμψεως ὑπάρχεις τῷ Διὶ, καὶ οὐδὲν κακὸν ἀπ' αὐτοῦ πέπονθας συναλγῶν ἐμοί.

V. 331. μετασχῶν — ἐμοί. Praepositio μετὰ verbi μετασχῶν pertinet etiam ad verbum τετολημηκώς, ut Soph. Antig. v. 266. τὸ μήτε δοῦσαι, μήτε τῷ ξυνιδέσθαι τὸ προᾶγμα. Proprie igitur μετασχῶν καὶ μετατετολημηκώς dicendum erat. Ex his intelligimus, ab Oceano non

solum probata esse, quae Prometheus contra Jovis imperium perpetrasset, verum etiam illum omnium consiliorum, quae hic in hominum salutem cepisset, participem fuisse et adiutorem.

V. 332. ἔασον sc. τὸ πρᾶγμα. Schol. B. supplet: ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν.

V. 334. παπταίνειν vocem Homericam esse notat Blomfieldus et commemorat Schol. Venet. ad Il. IV, 200. παπταίνων, ὁ πανταχόσε περιβλεπόμενος, πανταχόσε τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥίπτων, ὥς μὴ λάθοι αὐτόν. Caeterum αὐτὸς non ad πάπτεινε pertinet, sed ad πημανθῆς. Prometheus veretur, ne ille, si ipsum defendat, Jovi veniat in suspicionem societatis ideoque et ipse in poenam incidat. Conf. v. 345.

V. 335. φρενοῦν· διδάσκειν, νοουθετεῖν Hesych. εἰς φρόνησιν ἄγειν. Schol. ad Soph. Trach. v. 52. σωφρονίζειν Schol. B.

V. 340. τὰ μὲν, ex hac parte; proprie sequi debebat τὰ δὲ, sed hoc alterum in re ipsa inest: *partim te laudo, partim te non laudo*, quia frustra laborabis, si mea caussa laboras. Brevitatis caussa pergit ἀτὰρ μηδὲν πόνει. Ad λήξω cogita: ἐπαινῶν σε.

V. 344. σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων. Recte Blomfieldus hoc interpretatur: *te ipsum semotum tenens*. Jubet enim Prometheus Oceanum se abstrahere ab his malis neque se immiscere suae ipsius salutis caussa. Vetat eum et ire ad Jovem et omnino de his rebus cogitare.

V. 347 — 372. Recte Blomfieldus atque Wellauer, secuti Elmslejum, hos versus Prometheus loquentem faciunt. Nam haec oratio quum omnino non Oceano convenit, tum propterea quod Atlas Promethei, non

Oceani, frater est, et deinde (v. 367. sqq.) de futuris sermo fit, quae ille praedicere a Themide matre doctus potuit, Oceanus autem animo et ingenio non assequebatur.

V. 347 — 348. Sententia est: *Nolo aliis quam plurimis mala accidere; nam satis mihi doloris est, quod frater meus in hanc fortunam incidit. Porro Typhonem vide, qui resistere ausus est Jovi, quam male ab eo tractatus sit; hujus exemplum tibi summa neque mea caussa suscipe Jovis iram.* πρὸς ἐσπέρους τόπους ἔστηκε, h. e. adversus occidentem collocatus stabat; πρὸς ἐσπέροις τόποις ἔστηκε si legitur, hoc simpliciter significat *stare adversus occidentem*; πρὸς autem cum accus. *collocatum esse et stare*. Veteres columnas esse putabant, quae coelum et terram distinerent, Aeschylusque eos auctores sequebatur, qui unam esse columnam arbitrabantur, eamque ferri ab Atlante, qui staret ad occidentem solem.

V. 350. οὐκ εὐάγκαλον, ἀλλὰ δυσβάστακτον, κατεδικάσθη γὰρ ὑπὸ Διὸς ὑπανέχειν τὸν οὐρανόν. Schol. B.

V. 351. Conf. quae ad Germanicam hujus tragoediae conversionem notavimus. *Terrigenam* vocat Typhona Aeschylus. „Apollodor. I, 6, 3. secutus Auctorem Theogon. 820. narrat Terram, post debellatos a Superis Gigantas, a Tartaro Typhona concepisse: atque ita Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 55. Auctor vero Hymn. Homerid. in Apoll. v. 306. Junonem eum peperisse tradit, quicum facit Stesichorus apud Etymol. M. p. 772, 50. Scholiasta vero Villosioni ad Iliad. II, v. 783. eum ex ovo genitum fuisse ait, quo Junonem donaverat Saturnus. Cetera de Typhone historia haec est. Quum coelum invasit, dii prae metu in Aegyptum confugerunt, relictis tantum Jove et Minerva; ibi vero, ut monstrum

eluderent, formas alii aliter mutarunt, ut ex Nicandro tradit Antonin. Liberal. 28. Ovid. Met. V, 290. Jupiter autem Typhona fulgure percussit, diuque insecutus, monte tandem Aetnaeo obruit. Sed *στασιάζεται ἡ περὶ Τυφῶνος ἱστορία*, inquit Schol. in Pind. Pyth. I, v. 31. ubi ait: *Τυφῶς ἐκατόγκρανος, τὸν ποτε Κιλικίον θρέψε πολυνῶνυμον ἄντρον..* Homer. Il. II, 781. *Γαῖα δ' ὑποστενάχισε, Διὶ ὥς τερπικεραύνῳ Χωομένῳ ὅτε τ' ἄμπρὶ Τυφῶϊ γαῖαν ἱμάσση* *Εὖν' Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφῶος ἔμμεναι εὐνάς.* ubi in Schol. Venet. pro *Τυφῶν* δὲ εἰς τῶν γιγάντων, *Γῆς ὦν κύριος καὶ Ταρτάρου*, legendum est, *Γῆς ὦν υἱὸς καὶ Ταρτάρου*. Aeschylus, Pindarus secutus, Aetnam Typhoni impositam narrat, Callimachus Encelado, Horatius Gigantibus III, 4. Pherecydes ap. Schol. in Apollon. II, 1215. Typhona sub insula Pithecusa jacere tradit; alii in Aegypto, ut Herod. III, 5. Apollonius in loco citato: cf. Schol. in Pind. Ol. IV, 11. Nicander Aeschylum sequitur. “ BLOMF.

V. 352. *δάϊον τέρας* proprie *hostile monstrum*, h. e. dirum prodigium. Male Blomf. *δάϊον* pro *ἄθλιον* positum esse putat; referendum est enim ad terribilem bestiae naturam et immanem corporis formam, propter quam v. 354. *θοῦρος* appellatur.

V. 353. *ἐκατογκάρηνον* jure emendarunt viri docti, quoniam anapaestus, quem libri praebent, secundo versus loco admitti non potest. Blomfieldus *κάρηνον* Ionicum esse credens, *ἐκατογκάρανον* Doricam formam, utpote quae magis Attica sit, recepit contra libros, qui tamen Eumen. v. 175. omnes *καρανιστήρες* exhibent. Apud Aristoph. Ran. v. 475. *ἐκατογκέφαλον* legimus. Latini: *centiceps*.

V. 354. *θοῦρον*, πᾶσιν ὃς ἀντίστη θεοῖς

vulgo legitur, quod propter anapaestum in quarta sede non ferendum est. Hinc variae a variis criticis conjecturae prolatae sunt. Nonnulli  $\pi\alpha\sigma'$   $\delta\varsigma$  ediderunt, ejecto jota dativi, quod nunquam ejici posse videtur, quia oratio fieret ambigua; hoc enim loco  $\pi\alpha\sigma'$  et pro nominativi masculino et pro feminino haberi posset, vix autem a quoquam pro dativo. Plerique loci, ubi poetae hanc sibi libertatem concessisse videntur, aut corrupti sunt aut aliter construendi. V. Lobeck. ad Soph. Aj. v. 801. p. 350. sqq. Is  $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$  aliquando in  $\pi\rho\omicron\upsilon\sigma\tau\eta$  mutavit non mala conjectura, quia credibile est hoc verbum inusitatus librariorum per  $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$  interpretatos esse. Quod Gaisford. coniecit et Porsono probatum recepit Blomfieldus,  $\theta\omicron\upsilon\varrho\omicron\nu\delta\omicron\tau\iota\varsigma$   $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$  omisso  $\pi\alpha\sigma\iota\nu$ , ideo ineptum est, quod  $\delta\varsigma$  dicendum erat, non  $\delta\omicron\tau\iota\varsigma$ , quoniam dicitur, *qui aliquid fecerit*, quod per  $\delta\omicron\tau\iota\varsigma$  nunquam potest exprimi. Facilior quam Lobeckii videtur esse Wunderlichii conjectura, qua  $\acute{\alpha}\nu\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$  correxit, recepta a G. Dindorfio et propterea probata, quod ubi verba Homeri Il. XXIII, 634. afferuntur ab Aristide vol. II, p. 503. pari errore in codice quodam Florentino  $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$  scriptum est pro  $\acute{\alpha}\nu\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$ , quod metrum requirit. Sed duri hi sunt numeri:  $\pi\alpha\sigma\iota\nu$   $\delta\varsigma$   $\acute{\alpha}\nu\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$   $\theta\epsilon\omicron\iota\varsigma$ , v. ad v. 213. Quapropter quum codices  $\delta\varsigma$  alii alio loco ponant, et vir quidam doctus in ephem. Jen. 1813. p. 212.  $\delta\varsigma$  ejecerit, plena interpunctione post  $\theta\omicron\upsilon\varrho\omicron\nu$  posita, ego eum ita secutus sum, ut, quia copulam putavi omitti non posse,  $\delta'$  adderem et ponerem colon. Quae quidem emendatio facillima esse videtur et ad periodum et ad numeros magis concinna, quam aliorum lectiones.

V. 355.  $\sigma\upsilon\rho\iota\zeta\omega\nu$   $\phi\acute{o}\nu\omicron\nu$ , *spirans caedem*.  $\sigma\upsilon\rho\iota\zeta\omega\nu$ ,  $\acute{\epsilon}\kappa\pi\nu\acute{\epsilon}\omega\nu$ .  $\acute{\epsilon}\lambda\acute{o}\tau\omega\varsigma$   $\acute{\epsilon}\iota\pi\epsilon$   $\tau\acute{o}$   $\sigma\upsilon\rho\iota\zeta\omega\nu$   $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota\delta\eta$   $\delta\phi\acute{\epsilon}\omega\nu$

κεφαλὰς εἶχε, τούτων δὲ ἔστι τὸ συνίξαι. Schol. B. Blomfieldus φόνον interpretatur *cruorem*, quae quidem significatio frequens est, sed h. l. aptior est ea, qua proprie *caedes* intelligitur, quasi interfici possint dii. Monstrum tam horribile fuit, ut omnibus atque diis ipsis mortem minari videretur.

V. 356. ἐξ ὀμμάτων. Schuetzcius commemorat hoc Apollodori: πῦρ δὲ ἐδέχετο τοῖς ὄμμασι. Nostrium locum verte: *ex oculis autem emittebat s. fulgurabat torvum lumen*. γοργωπὸς est *adspectu torvus, visus terribilis*.

V. 359. καταιβάτης κεραυνός. Interpretes conferunt Schol. ad Aristoph. Equit. v. 693. τῶν κεραυνῶν οἱ μὲν καταιβάται, οἱ δὲ πολέοντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται, ὥς Ὅμηρος ἀνόμασεν. Fulmen *caducum* dicitur, ut apud Horat. Od. III, 4, 44. *fulmine sustulerit caduco*. καταιβάτης enim est is, qui ex alto delabitur in terram. Alias ὁ κεραυνός vocatur σκηπτὸς eodem sensu. Cf. Soph. Antig. v. 418.

V. 362. σθένος non nominativus est sed accusativus ejus rei, quae excutitur. Ita Soph. Aj. v. 1178. γένους ἅπαντος ῥίξαν ἐξημμένος. Poetae Latini hanc constructionem possunt imitari, et dicere: *fulmine elisus est robur*, h. e. tonitruo fractus est viribus. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 424. 2. 3. p. 947. Sensus hujus loci est: *fulmen eum excussit ex grandisonis illis jactationibus; nam ictus in ipsa praecordia, conflagmatus est, ut in cinerem verteretur, et tonitruo percussus est*.

V. 363. ἀχρεῖον, inutile, h. e. debilitatum, foedatum, evanidum, viribus fractum. Sic explicat Schol. Ven. ad Hom. II. II, 269. ἀσθενὲς καὶ βάρους μὴ με-



τέχον. — παρήγορον. Metaphora sumpta est ab equo fanali, qui jugo non coercitus est, παράσειρος alias appellatus; παρήγορος igitur valet *effuse protensus*. Interpretes laudant Hom. Il. VII, 156. ubi Schol. Venet. παρήγορος explicat παρηωρημένος τῷ σώματι, τουτέστιν ἐκλελυμένος. Typhon igitur jacere dicitur fractis viribus longe lateque porrectus. Corporis ejus pars secundum Pindarum sub Italia jacebat. Cf. Ovid. Met. V, 346. Inde sane venit notio dedecoris, et Schol. B. explicat hanc vocem ἄτιμος, ἀπόβλητος, μηδεμίᾳ φροντίδος ἀξιούμενος.

V. 364. στενωποῦ, sc. τοῦ Σικελικοῦ.

V. 365. ἱπνούμενος derivatur ab ἵπος, h. e. *onus*. Verbum igitur significat *oneratus, pressus, πιεζόμενος, ἀναγκάζόμενος*. Alii cum plurimis libris et cum Schol. legunt ἱπνούμενος ab ἱπνός, h. e. *furnus*. ἱπνοῦν igitur significat *in fornacem mutare*, in passivo autem ἱπνοῦσθαι in fornacem mutari, h. e. *ignem atque fumum fundere tanquam fornacem*. Quae imago optume quadrat in Aetnam montem, qui semper fumat, ut furnus, cujus ignis nunquam exstinguitur. Non nego quidem Typhona ἱπνούμενον, pressum et oppressum, apte dici; sed voces ῥίξαισιν Αἰτνάλαϊς ὑπο minime requirunt hoc verbum, ut putat Schuetzius; nam ipse fumans furnus sub radicibus montis positus videri debet et veteribus videbatur. Cujus fornacis igne, qui effundebatur, usus est Vulcanus, sedens in summis verticibus. Pindari locus, ubi mons vocatur Typhonis ἵπος ἡνεμόεσσα, parum valet ad mutandum nostrum locum. Quibus rebus accurate perpensis, vereor ne vulgata lectio restituenda sit, poetae maxime conveniens.

V. 366. μυδροκτυπεῖ, σφυρηλατεῖ Schol. B. χαλ-

κεύει. μύδρος καλεῖται ὁ πεπυρακτωμένος σίδηρος, παρὰ τὸ μὴ, καὶ τὸ ὕδωρ. ὁ γὰρ πεπυρακτωμένος σίδηρος οὐδ' ὅλος ὕδατος τινος μετέχει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ξηροῦ. Schol. A.

V. 368. Quia fluvii ignei dicuntur δάπτοντες, additum est audaciori metaphora ἀγρίαις γνάθοις, ut ignis cum bellua comparetur, cui ferae maxillae sunt. Ignis enim tanquam vivum animal segetes depascit et exstinguit. Infra v. 371. ἀπλήστου πυρπνόου ζάλης, et v. 1046. igni tribuitur ἀμφήκης βόστρυχος. Cf. v. 728. Choeph. v. 322. πυρὸς μαλερὰ γνάθος.

V. 370. ἐξαναζέσει χόλον, i. e. *ebulliet iram*, effervescere faciet iram; ζέω est *bullio*. Schol. B. explicat: ἀναδῶσει μενίαν, ὀργήν.

V. 371. Igni etiam βέλη tribuuntur, quae sunt *flammae et saxa ignea*. ἀπλήστου, ἄπληστον δὲ λέγει, διότι τὸ πῦρ ὕλης δραξάμενον οὐ κορέννται Schol. A. Schuetzius vel ἀπλάστου vel ἀπλάτου, quod Blomfieldo placere supra notandum erat, Aeschylum scripsisse putat, ut sit: *cui accedi nequit*, inaccessus ignis. At in librorum lectione, quae non minus gravis est, quum ignis dicatur *insatiabilis*, acquiescendum videtur. Multi libri cum Schol. B. θερμῆς exhibent, quod fortasse praeferendum est, ut tribus epithetis vis augeatur orationis. Schuetzius: Itaque hic Typhon resupinus jacere, nec solum ipse ignem efflare, sed etiam ventum excitando ignes subterraneos ejicere, simulque favillam, fumum et saxa, quae sunt ejus βέλη, extrudere fingitur.

V. 373. σὺ δ' οὐκ ἄπειρος. Jam redit oratio ad Oceanum ipsum, quem his exemplis absterrere stauderat Prometheus, quominus iram Jovis sibi conciliaret: *Tu igitur exemplis es edoctus atque experientia*

*ipse cognovisti, quae tibi agenda sint.* σὺ δὲ proprie ad σεαυτὸν σῶζε referendum et verba οὐκ ἄπειρος — *χρήξεις* ab hac sententia discernenda erant, quum causam indicent, quam propter se ipsum servare jubetur. Sunt enim duae sententiae sine copula juxta se positae, ut quasi una esse videatur, quarum altera ad alteram referenda erat hoc modo: σὺ δὲ σεαυτὸν σῶζε, οὐ γὰρ ἄπειρος οὐδ' ἐμοῦ διδασκάλου χρήξεις.

V. 377 — 380. Cic. Tusc. III, 30. hos versus ita reddit:

#### OCEANUS.

Atqui, Prometheus, te hoc tenere existumo,  
Mederi posse rationem iracundiae.

#### PROMETHEUS.

Si quidem quis tempestivam medicinam admovens,  
Non aggravescens vulnus illidat manu.

V. 378. *ὀργῆς νοσοῦσης.* Hic locus *vexatissimus* est. Negant enim *ὀργῆς νοσοῦσης* recte dici posse. Plutarchus et Eustathius (696, 33. 1005, 21.) hunc locum laudantes scribunt *ψυχῆς νοσοῦσης*, idque verum putant Gatakerus A. M. P. VIII, p. 487. Casaubonus ad Athen. p. 65. H. Stephanus neque improbat Schuezzius. Stobaeus Serm. XVIII, p. 103. Grot. exhibet *ὀργῆς καταλας εἶσιν αἴτιοι λόγοι.* Videntur illi, qui hunc versum commemorarunt, non tam verba auctoris respexisse quam sententiam protulisse. *ψυχῆς νοσ.* certe Aeschylus scribere non potuit, quum hic de *ira* maxime disserendum esset, *ψυχῇ* autem *νοσοῦσα* universe diceretur atque omnino morbum aliquem animi notaret, insaniam, tristitiam aliasque perturbationes. Itaque *vix* dubitandum est quin *ὀργῆς* aptius dictum sit. Non enim iis assentior, qui *ὀργὴν* h. l. explicant *τρόπον*, omnem

animi appetitum et affectionem sive bonam sive malam, quum hic nemo non statim de ira cogitet. Ex Cicero-  
nis conversione, qua simpliciter *iracundiam* dixit, ni-  
hil lucri facimus, neque ea uti debebat Stephanus ad  
refutandam librorum lectionem. Reisigii conjectura ὀρ-  
γῆς νοσοῦσιν, etsi difficultatem in verbis positam remo-  
vet, tamen non opus est, quum vulgata optime se ha-  
beat atque poeticae orationi magis conveniat. Nam de  
industria poeta de *morbosa* ira loquitur, cui mederi et  
debet et potest admonitionibus. Ira enim etiam sani  
hominis esse potest, ea ira, quae justis caussis com-  
mota est, ut ira ipsa videatur *sana* esse. Jovis autem  
ira, de qua hic sermo est, dicitur insana, quia ille  
Prometheo irascitur injustis de caussis. Atque huic  
irae succurrere argumentis facile esse putat Oceanus.  
Eandem ob causam ὀργὴν Stobaeus appellat *ματάαν*.

V. 380. σφριγῶντα, ἀνξόμενον καὶ ζέοντα Schol.  
B. ἐπαιρόμενον, ισχύοντα Hesych. σφριγῶν vel σφαρ-  
γῶν proprie dici ubera lacte distenta notat Blomfieldus.  
Interpretes citant Rubnken. ad Timaei lex. Plat. p. 244.  
Caeterum *μαλθάσσειν* et *ισχυαίνειν* sibi opponuntur; illud  
est *molliter tractare*, hoc *aspere*.

V. 381. Ego praetuli προθυμεῖσθαι, cogitans de  
versibus 341 — 343., ubi studium Oceani in Prome-  
theum laudatur. προμηθεῖσθαι altera lectio mihi ideo  
displicet, quod haec vox magis in Prometheus quadrat  
quam in Oceanum, qui quum Jovis animum placare  
studet, προμηθεῖσθαι dici non potest, sed potius προ-  
θυμεῖσθαι.

V. 382. ζημίαν, poenam, h. e. *damnum* et *malum*.

V. 384. Alii τῇδε τῇ νόσῳ νοσεῖν. Inter utramque

lectionem nihil est discriminis, dativusque praeferendus est, si libros numeramus.

V. 385. Sententia est: *Nihil nocet, recte sapientem non videri sapere.* Videri stultum non curat Oceanus, modo ne sit stultus.

V. 386. Id stultum videri ἀμπλάκημα vocat Prometheus, idque in se cadere arbitratur, quam amicum non retineat, quominus se stultum gerat.

V. 388. θρηνηνός οὐμός, τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ θρηνεῖν καὶ ἀποκλαίεσθαι Schol. B.

V. 393. Schuetzcius: „Male dissimulans Oceanus dolorem, quem ex invicta Promethei pertinacia capit, animum jam dudum ad discessum promptum atque paratum mentitur, et quae de ολώνη τετρασκελεῖ subjungit, per se quidem frigida sunt, hic tamen ad perturbationem ejus significandam valde apposita.“ Maxime spectatorum causa haec verba dicta sunt.

ἔθῳ ᾤξας, v. ad v. 73.

V. 394. ψαίρει, radit, stringit, verberat. Interpretes laudant Virgil. Aen. V, 217. *radit iter liquidum.* Blomfieldus citat Schol. Oppian. Hal. II, 115. τὸ ψαίρειν κυρίως ἐπὶ τοῦ ἰστίου, ὅτε μὴ εὐφόρῳ ἀνέμῳ.

V. 396. Sententia est: *et profecto libens in domesticis stabulis inclinaverit genua, h. e. requieverit;* κάμπτειν γόνυ enim dicitur de iis, qui defessi in genua procumbunt atque requiescunt.

V. 390. Carmine hoc egregio Chorus dolorem expressit, quo et ipse et mortales affecti sint propter adversam fortunam, quae acciderit Prometheo. Nominatim commemorantur terrarum gentes, ferissimae quoque et fortissimae, quae lugeant, hominum amicum atque adiutorem tanta calamitate percussum esse; neque

homines solum lugere, verum etiam terras ipsas, mare, Orcum, fluvios, fontes lugere. Neminem enim tam grave infortunium tetigisse praeter Atlantem, Promethei fratrem, ejus sors sit, ut coelum et terram humeris gestet, ingens onus. Carmen ipsum gratissimum est atque ipso sono significat misericordiam Chori et flebile quid spirat et moestum. De numeris v. ad v. 128.

στένω σε τᾶς — τύχας. Genitivus hic caussalis est. Sic Eur. Iph. Aul. v. 370. Ἑλλάδος μάλιστα ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω. Vid. Matth. Gr. Gr. m. §. 368.

V. 400. δακρυσίστακτον δ', quod vulgo legitur, antistrophae non respondet; unde alii hunc locum aliis conjecturis mutarunt. δὲ particula omitti non debet, quum asyndeton hoc loco ineptum sit. Mihi videbatur neutrum pluralis adverbii loco ponendum esse: δακρυσίστακτα δ', quod confirmare videtur Schol. B., quippe qui dubitet, ad quam vocem δακρυσίστακτον referendum sit. Cujus verba sunt: δακρυσίστακτον, ἐν δάκρυσι σταζόμενον. τὸ δακρυσίστακτον ἢ πρὸς τὸ ῥέος ἢ πρὸς τὸ παρειὰν συντακτέον.

ῥαδινὸν, λεπτόν, ἰσχνόν, εὐκίνητον, ἀπαλόν, εὐδιάσειστον Hesych. hunc locum fortasse spectans. Post hoc verbum vulgo λειβομένα legitur, quod ab iis additum videtur, qui ῥαδινὸν ῥέος et παρειὰν, duplicem accusativum, ab ἔτεγξα regi nesciebant, atque Homeri lectione imbuti, qui λείβειν δάκρυα saepe dicit, hoc verbum excidisse putabant. Ex antistrophā enim intelligimus spurium esse λειβομένα. Dindorfius quoque id nunc censet ejiciendum esse. τέγγειν autem est et *fundere* et *fundendo tingere* aliquid, unde duplex accusativus adjectus legitur. Cf. Matth. Gr. Gr. m. §. 421. c). et n. 3.

V. 401. ἀμέγαρτα γὰρ τάδε, sc. ἐστὶ. *Nam haec sunt infaustissima*, h. e. quae tibi acciderunt, sunt gravissima mala et horribilia. ἀμέγαρτον· ἀφθόνητον, ἀξήλωτον. ἢ πολὺν, ἢ μέγαν· ὥς τὸ ἀμέγαρτε συβῶτα (Od. XVII, 219.). Hesych.

V. 402. ὑπερήφανον αἰχμὰν, ὑπεροπτικόν, τραχεῖαν Schol. B. αἰχμή signum potestatis est et imperii Jovis. Antiquos enim reges monet Butlerus hastam gestasse pro sceptro. ὑπερήφανος autem vocatur αἰχμή, quod ad eum, qui hastam gerit, proprie pertinet; significatur illo epitheto superbum Jovis imperium, quo alios omnes spernit et ad suam voluntatem regit.

V. 403. τοῖς πάρος. Saturnum et Titanas intellige, quibus hastam imperii ἐνδείκνυσσι, monstrat, h. e. *monstrando terret*.

V. 405. sqq. μεγαλοσχήμονα τιμὰν, h. e. *dignitatem*, quae magnam speciem habet, magnificum honorem, quo gaudebant et tu et fratres tui. μεγάλου σχήματος οὖσαν τιμὴν Schol. A. ἀρχαιοπρεπῆ, τὴν παλαιὰν τιμὰν Schol. B. ἀρχαιοπρεπῆς, ob antiquitatem honorificus, omnino *antiquus* est. Sensus est: *terra queritur, te atque fratres tuos* (Titanas) *antiquo honore privatos cecidisse*. Vulgo legebatur μεγαλοσχήμονα τ' ἀρχαιοπρεπῆ, quod ego ex Aldina, ubi μεγαλοσχήμεων ἄτ' ἀρχ. exhibitum est, propter participium στένουσα spiritu leni in gravem mutato correxi; ἄτε enim ad participium στένουσα optime quadrat; μεγαλοσχήμεων autem nominativum si recepissem, in strophicis conjectura δακρυόιστακτα δ' non opus fuisset, recipere tamen dubitavi, quia illud epitheton non tam regioni cuidam, quam generi alicujus et dignitati (τιμῇ) convenire videbatur. Nam frigidum esset μεγαλοσχήμεων, additum ad

ἄτε στένουσα: *terra sonat*, *utpote quae μεγαλοσχήμεον lugeat*. στένουσι, quod alii legunt, non ferendum putavi, quum nemo intelligat, quinam sint, qui lugeant. Nam si incolae hujus regionis dicebantur, hoc exprimendum erat.

V. 411. ἀγνᾶς. Male Schol. B. hoc epithethon interpretatur καθαρὸν, et sic Asiam appellatam esse putat διὰ τὴν τοῦ Ἑλλίου ἀνατολήν. Nam aliae quoque regiones, ubi solis ortus non ut in Asia credebatur, vocantur ἀγναὶ vel ἱεραί. Recte vero alter Schol. (A.) adnotat: ἀγνήν λέγει τὴν Ἀσίαν διὰ τὸ προφερεστέρα εἶναι πασῶν, καὶ διὰ τὸ μεγάλας πόλεις καὶ πλουσίας ἔχειν. Omnino igitur propter magnitudinem.

Ἐποικον Ἀσίας Ἔδος, vicinam Asiae sedem, h. e. *in vicinia Asiae*. Asiae igitur *accolae* sunt intelligendi.

V. 413. μεγαλοστόνοισι, *graviter gemendis*, gravi gemitu dignis; τῶν μεγάλων δεομένοις στεναγμάτων Schol. B.

V. 415. Haec omnia pendent a verbo συγκάμνουσι, compatiuntur et lugent. Κολχίδος γᾶς ἔνοικοι παρθένοι sunt Amazones, de quibus cf. v. 725. sqq. Illae Colchidis terram olim obtinebant.

V. 416. Dicuntur μάχαις ἄτρεστοι, ut Soph. Aj. v. 365. ἐν दातोῖς ἄτρεστον μάχαις, *in pugnis intrepidae, impavidae*. ἄτρεστος derivatur a τρέω, *tremo*. Aesch. Agam. v. 1404. ἀτρέστω καρδίᾳ. Alii genitivum μάχας, alii accusativum μάχαν ponunt; verum dativus cum Blomfieldo praeferendus est, quia hic casus rarius ita adhiberi solet. Cf. Matth. Gr. Gr. m. §. 424. not. 1. ἄφοβοι ἐν ταῖς μάχαις Schol. A.

V. 417 — 419. „Hic aperte Chorus significat ye-



rum scenae locum. Sicut enim v. 2. *Σκύθης οἶμος* dictus erat *χθονὸς τηλουρόν πέδον*, sic h. l. Scythae ultimam terrarum oram habitare dicuntur. Et quia simul paludis Maeotidis mentio fit, locum, ubi Prometheus affixum esse fingit Aeschylus, haud procul ab ea abfuisse perspicuum est; ideoque si sedem Promethei vincti inter Borysthenem et Hypacarin ad sinum Carcinitem, sic ut Pontum Euxinum prospiceret, fuisse ponimus, locorum situs, quae hic ab Aeschylo commemorantur, aptissime convenit.“ SCHUETZ. *Σκύθης ὄμιλος*, οἱ i. e. οἱ Σκύθαι, οἱ notissima constructione. — *πόρον* vulgatum ego ex Butleri sententia retinui, quia *πόρος* pro *χώρα* rarius usurpari solet, ut id a librariis in *τόπος* mutatum esse credibile sit. Cf. ad v. 281. Schol. A. *πόρον* tuetur.

V. 420. *Ἀραβίας*. Hic locus multis dubitationibus obnoxius. Non injuria interrogat Schol. A.: *πῶς τὴν Ἀραβίαν Κανκάσῳ συνώκισεν*; Schuetzium legere velle *Χαλυβίας* supra notandum erat. V. quae in interpretatione hujus tragoediae Germanica (p. 72.) adnotavimus. Assentior enim J. H. Vossio, qui in Symbolis ad Geographiam veterum, Ephemeridibus liter. Jenensibus a. 1805. insertis, demonstravit, veteres de Arabiae sede multum inter se dissensisse.

V. 421. *ὅ' οἷ*. Particula conjunctiva indicat, de alio populo sermonem esse; qui fuerit, Aeschylus non dicit, neque ullus interpretum commemorat. Certam quandam urbem significari, ex *ὑψιπρημνον* epitheto satis apparet. *κατοικίαν τῆς Κολχίδος* vocat Schol. B. Blomfieldus, Elmslejo auctore, cum Bothio ejecit *τε*, ut Arabes intelligantur, quos tamen vix credibile est ab Aeschylo ad Caucasum ipsum habitantes dictos esse.

In geographicis apud poetas descriptionibus larga disputantibus et conjicientibus materia.

V. 423 — 424. ὄξυπρόροισι, ὄξυκεράτοις Schol. A. ὄξέα βέλη ἐχούσαις Schol. B. βρέμων ἐν αἰχμαῖς, v. Matth. Gr. Gr. m. §. 577. p. 1340.

V. 426. ἀδαμαντοδέτοις λύμαις. V. ad v. 147. Quod vulgo legitur ἀκαμαντοδέτοις, ineptum esse videtur, quum hoc vocabulum significet aliquem *indefesse victum*, quam notionem absurdam esse putant. Nam si quis ita ligatus est, ut solvi nequeat, existimant vincula non posse dici indefessa. At quidni? In ipsa enim vincula, quae frangi non possunt, vis et natura infatigabilis transfertur, quod, dummodo poetam lyricum loqui meminerimus, non debet videri absurdum. Quapropter vereor ne plurimorum librorum lectio praefenda sit, quam Schol. B. interpretatur: *μεγάλαις καὶ ισχύραις*. Vincula et *adamantina* dicuntur a quovis, sic a poeta eodem sensu possunt dici *indefessa*.

V. 429 — 430. Vulgatam lectionem, in qua αἶας omissum est neque nominatur terra, quae aequè nominanda erat atque οὐράνιος πόλος, mancā esse nemo non videt. Verba σθένος κραταῖον, quae magis in Terram quadrant quam in Coelum, et τε particula indicant, excidisse vocabulum, quo Terra significetur. Quocirca αἶας post αἰέν, quia propter literarum similitudinem facile omitti poterat eo loco, adjiciendum putavi; Dindorfius autem γᾶς ante οὐράνιον addit, alique fortasse alio loco.

ὑπείροχον librarii, cogitantes de Homérico illo ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλον, scripserunt pro ὑπέροχον, quod metro postulante recentiores editores restituerunt.

ὑποστεινάξει exhibent plerique libri. Hermannus

Opusc. I, p. 114. levi mutatione ὑποστεγάζει scribendum esse coniecit, στέγειν et στεγάζειν arbitratus promiscue usurpari de eo, *qui aliquid sustinet*. In codicibus autem γ et ν saepe eodem modo scribi constat. Hanc conjecturam olim recepit G. Dindorfius, qui eam nunc improbat, quia hujus verbi forma prosaica sit. Neque eum injuria sic statuisse existumo. Videtur quidem νώτοις ὑποστεγάζειν aptius dictum esse quam νώτοις ὑποστενάζειν, at videtur tantum. Pro eo enim, quod proprie dicendum erat νώτοις βαστάζων ὑποστενάζει, paulo audacius poeta ponit νώτοις ὑποστενάζει, duabus notionibus in unam conflatis, ut Graeci solent. Recte Schol. B. explicat: μετ' ὀδίνος ὑπανέχει. Quod me autem movebat, ut ὑποστενάζει praeferrem, erat, quod animadvertēbam in vertendo, poetam de industria in hoc choro repetere στένω et voces, quae ab eo derivantur; cf. enim v. 397. στένω σε τᾶς. v. 404. στονόεν λέλακε. v. 405. στένουσα τὰν σάν. v. 413. μεγαλοστόνοισι σοῖσι. v. 434. στένουσιν ἄλγος οἰκτρόν. Quae hujus verbi repetitio in triste hoc atque flebile carmen optume quadrat: ut verisimillimum sit, in hoc quoque versu ὑποστενάζειν recte se habere. Caeterum ὑποστενάζει est difficilior lectio. Librarios autem repetito verbo στένειν adductos esse, ut ὑποστενάζει oculorum errore scriberent, leve argumentum esse puto, si quis hoc contra me proferat.

V. 432. ξυμπέτνων, συμπέττων, συγκρούων Schol. B. Fluctus dicitur concidere alius super alium. Caeterum haec pertinent ad Prometheum, non ad Atlantem, ut Schuetzius putat. Bene observavit hoc Schol. B., qui ait: ἐνέβαλε δὲ διὰ μέσου τὴν τοῦ Ἀτλαντος ἱστορίαν.

V. 433. Ἀἶδος et γᾶς duplex genitivus pendet

α μυχός. Verbum ὑποβρέμειν significat *simul fremere, adfremere*, ut sensus sit: *non solum maris fluctus concidententes fremunt, sed etiam Orci ater secessus fremit.*

V. 434. ἀγνορούτων, τῶν καθαρῶν ρεόντων Schol. B. καθαρὸν ρεῦμα ἐχόντων Schol. A. στένουσιν ἄλγος, v. Matth. Gr. Gr. m. §. 408. 1.

V. 434. μή τι, *ne quo modo*, alii legunt, quod per metrum ferri non potest; tragici enim non solent syllabas ante muta c. liquida producere.

χλιδῇ. Haec vox proprie *mollitiem, luxum* omnisque generis *delicias* significat, τρυφήν et similia. Blomfieldus laudat Ruhnk. ad Timaei Lex. Platon. p. 276. „recte Timaeus χλιδῇ repetit a χλῖω, quod verbum, a χαλίω contractum, cum suis derivatis primum significat *calore solvo, mollio*, deinde *deliciis frango*.” Sensus igitur est: *profecto ne credatis me tacere ex voluntate quadam; nihil enim est quod gaudeam*. Vetat autem Prometheus credi, se tacere, quia in sorte sua acquiescat, ut de choro non cogitet ejusque misericordiae documenta spernat.

V. 435. συννοία, κατὰ νοῦν φροντίδι Schol. B. λύπη, ἐννοία Hesych. Cum δάπτεσθαι κέαρ conferunt interpretes illud Homeri, ὃν θυμὸν κατέδων, et Ennii *ipse suum cor edens*.

V. 436. Vulgatam ὁρῶν ἐμαυτὸν ᾧδε προσελοούμενον, quae metro non satisfacit, Schol. A. interpretatur: βλέπων ἐμαυτὸν οὕτως ὑβριζόμενον· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ προσελοούμενον, ὅθεν καὶ οἱ Ἀρκάδες πρόσελοι ἢ προσέληνοι. Idem verbum legitur apud Aristoph. Ran. v. 730. προσελοῦμεν· τοῖς δὲ χαλκοῖς καὶ ξένοις καὶ πύρρῃσι. Critici autem, ut metrum restituerent, hoc ver-

bum scripserunt προουσελεῖν et hic reposuerunt προουσε-  
λούμενον, nullis argumentis commemoratis, quibus huic  
novo verbo ἐξελεῖν et προουσελεῖν aliquam fidem et au-  
ctoritatem conciliarent, nisi quod secuti sunt Etym. M.  
p. 690, 11. προσέληνοι. προουσελλεῖν λέγουσι τὸ ὑβρί-  
ζειν· καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἐπειδὴ λουδροφοτικοὶ εἰσιν· οὕτως  
ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμῶν. Quapropter ego co-  
dicum quorundam lectionem probavi, qui praebent προς-  
συλλόμενον, quod derivandum est a σίλλος· haec vox  
proprie significat *carmen satyricum*. Vid. Schoell. *Ge-  
schicht. d. griech. Literat.* P. II, p. 104. sqq. Ver-  
bum συλλόω ab Hesychio commemoratur. Etsi σιλὸς uno  
λ certa auctoritate non nititur, tamen, ut hoc verbum  
ad reliquorum codicum scripturam propius accedat, al-  
terum λ omittendum putavi. προσσυλοῦν τινα igitur si-  
gnificabit *aliquem contumeliose tractare*.

V. 440. τὰν βροτοῖς δὲ πῆματα. Schol. B. ex-  
plicat haec ita: ἅπερ ἔπασχον πρότερον, ἢ ἅπερ ἔπαθον  
ἐξ ἐμοῦ πάθη. λέγει δὲ εἰρωνικῶς. Prior explicatio  
vera mihi videtur, ut haec verba valeant: τῶν βροτῶν  
δὲ πῆματα. Nonnulli unius codicis variam lectionem  
πταίσματα receperunt, ut Prometheus dicat, se in ad-  
juvandis hominibus peccasse, ut v. 112. ποινὰς ἀμπλα-  
κημάτων τίνω. At hoc loco non aptum est, ea, quae  
in hominum salutem fecerit, peccatorum nomine signare,  
etiamsi fiat per ironiam. Contrarium Prometheus de-  
monstrat, se et diis profuisse et mortalibus.

V. 441. ὥς σφας scripsi, quoniam σφας encliticum  
est. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 147. n. 8. d). Hom. II.  
V, 367. μέγα δὲ σφας ἀποσφήλειε πόνοιο.

νηπίους. νήπιος proprie *infans* est, deinde omnino  
*rationis expers, stupidus*. ἄφρονας Schol. B.

V. 442. *ἔννοους ἔθηκεα, συνετοὺς ἐποίησα*. Schol. B. *ἐπηβόλους, μετόχους* Schol. B. *ἐπήβολος* passive dicitur, *in quem aliquid injectum est*, i. e. compos. V. Wesseling. ad Diodor. I, 19. Cf. Soph. Antig. v. 492. οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.

V. 443. Schuetzius: His verbis aperte prodit, se diis tantum, non hominibus irasci, neque ab his ullo modo offensum esse. Quod quidem ut adderet, callide instituit Aeschylus, ne spectatoribus vel levissimam caussam praeberet, cur a Prometheo abalienarentur.

V. 444. Proprie dicit: *sed benevolentiam earum rerum, quas iis dedi, expronam*, h. e. commemorabo, benevolentia erga homines me adductum fuisse, ut illis dona darem.

V. 446 — 447. *ὄνειράτων ἀλίγκιοι μορφαῖσι, ὅμοιοι εἰδώλοις* Schol. B. *ὅμοιοι ὀνείροις καὶ φαντάσμασιν, ἥτοι μηδὲν ὄντες*. Schol. A.

V. 448. *ἔφυρον. πάνυ εὐφυῆς τὸ ἔφυρον ἐκ μεταφορᾶς τῆς γυναικὸς, ὅταν μέλλῃ ζυμᾶσαι, μιγνύουσης ἄλευρον, ὕδωρ, ἄλας, καὶ ποιούσης τὸν ἄρτον. μὴ γινώσκοντες γὰρ ἐπείνοι τὸ ποῦ συντελοῦσι τὸ καθ' ἓν, ἔμισγον τὰ πάντα, διὰ τοι τοῦτο λέγει τὸ ἔφυρον* Schol. A. — *εἰκῇ, μάτην* Schol. B. *ὡς ἔτυχεν* Hesych.

V. 449. *προςείλους, domos super terram exstructas et sole collustratas intellige. πρόσκειλος οἰκία ἢ πρὸς τὴν ἑλὴν τετραμμένη. ἑλὴ γὰρ ἢ τοῦ ἡλίου ἀγῆ· ἐξ οὗ πρόσκειλος, καὶ πρόσκειλος* Etym. M. *πρόσειλος, πρὸς τὴν ἑλὴν ἥτοι τὴν θερμοσίαν*. Suid.

*ἦσαν, ἥδεισαν, ἐγίνωσκον* Suid. Schuetzius: quum igitur nec laterum, nec lignorum fabricam nosset homines, plane ignari erant architecturae. Caeterum univ-erse hic observandum est, Aeschylum primum ar-

tium et opificiorum inventionem, quarum singularum gloriam alii aliis tribuerent, uni Prometheo, ut splendidius ejus merita in genus humanum exornaret, tribuisse: laterarias domos, quum antea specus essent pro domibus, Euryalum et Hyperbium fratres primos Athenis constituisse, fabricam autem materiariam Dae-dalum invenisse Plin. H. N. VII, 56. testatur.

V. 450. ἀήσυροι. Alii cum pluribus libris et Schol. legunt αἰέσυροι contra metrum; penultima enim hujus vocis producitur. αἰέσυροι significat αἰὲν συρόμενοι καὶ ἔρποντες, ut Schol. B. adnotat, et Schuetzius comparat illud Horatii: *ore trahit quodcunque potest*. ἀήσυροι autem, quod Eustath. ad Odyss. IV, p. 150. tueretur his verbis: ἀπὸ τοῦ ἄω τὸ πνέω, οὐ μόνον ἀήτης ἐπὶ ἀνέμων, καὶ ἀήσυρον κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ κοῦφον, ὄθεν καὶ ἀήσυροι μύρμηκες παρὰ Αἰσχύλῳ, significat *agiles et alacriter discurrentes*; ἀήσυρον· κοῦφον, ἑλαφρὸν Hesych. ἀσθενές, κένον· ἔνιοι κοῦφον, ὑπ' αὐ-ρας φερόμενον. Etym. M. p. 23, 20. Schol. A. ἀήσυροι explicat: κοῦφοι καὶ οἶονεὶ πτερωτοί.

V. 452-54. *Nullum iis neque hiemis certum signum erat neque floridi veris neque frugiferae aestatis*. Nondum enim poterant anni tempora definire, donec eos docui siderum ortum et occasum. Veteres autem, quod καρπίμου θέρους ostendit, aestatem atque auctumnum saepe non distinguebant; quapropter tres tantum anni horae commemorantur ab Aeschilo.

V. 455-456. Sensus est: *Omnia sine ratione agebant, donec ego ipsis indicavi siderum ortus atque occasus judicatu difficiles*. τὰς δυσκρίτους etsi ad alterum nomen δύσεις positum est, tamen et ad ἀντολὰς et ad δύσεις referendum esse facile apparet. Hoc

epitheton enim, quamquam non ornatus caussa adjectum est, tamen non tantam vim habet, ut media inter verba collocatum inepte collocatum sit. Dicunt quidem neque ortum siderum neque occasum habere aliquid obscuritatis, sed falso judicant, qui sic statuunt. Non enim, si haec facilia intellectu hominibus fuissent, Prometheo opus erat, harum rerum doctore, qui claris verbis dicitur ortum saltem siderum indicasse. Quocirca δύσεις recte legi mihi videtur, neque probo ὁδοὺς, quod Stobaeus praebet, auctor ille, qui saepe sine caussa mutasse videtur scriptorum laudatorum verba, ut in singulis non semper dignus sit magna auctoritate. Accedit, quod ἀντολαὶ et δύσεις idem quodammodo significant, quod ὁδοί. Nam si quis cognovit, quo tempore sidus aliquod et oriatur et occidat, sique haec praevidet et initis rationibus definit, nonne is cursum quoque cognovit? Porro ἀντολαὶ et δύσεις aptius sibi opponuntur, quam ἀντολαὶ et ὁδοί. Nemini, credo, placeret, si legeretur τὰς ὁδοὺς ἐγὼ ἄστρον ἔδειξα τὰς τε δύσεις. Desideraretur enim ortus commemoratio. Haec confirmat Servius, quem interpretes laudant, ad Virg. Eclog. VI. *Hic (Prometheus) primus Astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucasio nimia cura et sollicitudine deprehenderat; hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus* (v. Aeschyl. Prom. v. 723. ἀστρυγέτονας κορυφὰς), unde etiam majora astra demonstrat, et diligenter eorum ortus occasusque significat. Schol. A. haec adnotat: δυσκρίτους, δυσκαταλήπτους, δυσγνώστους, οἷον ὅτι Ὠρίων δύνῃ, χειμῶνα ποιεῖ. ταύτην τὴν εὕρεσιν καὶ Παλαμήδης προσῆψεν. Ἰσως δὲ καὶ κείνος ὑπὸ Προμηθέως ἔμαθε ταῦτα. Nobis in his hodie nihil obscuri est; an-



tiquis autem illis hominibus, qui fornicarum instar vivebant, ea Prometheus aperuisse dicitur.

V. 457. ἀριθμὸν ἑξοχὸν σοφισμάτων, *arithmeticam artium praestantissimam*. „Hic caecutiit interpretēs Graecus α', et qui eum sequutus est, Garbitius, reddens: *praeterea etiam inveni ipsis eximiam multitudinem artium*. De Arithmetica omnino intelligendum, quam artium praestantissimam censebant Pythagorei, inter quos Aeschylus locum obtinuit, duplici respectu: οὐ μόνον, ὅτι ἔφαμεν αὐτὴν ἐν τῇ τοῦ τεχνίτου θεοῦ διανοίᾳ προϋποστῆναι τῶν ἄλλων ὥσανεὶ λόγον τινὰ κόσμιον καὶ παραδειγματικόν, πρὸς ὃν ἀπεριεδόμενος ὁ τῶν ὄλων δημιουργὸς, ὥς πρὸς προκέντημα τι (ita novo nomine appellare videtur antecedentes in mente divina priusquam existerent rerum notiones) καὶ ἀρχέτυπον παράδειγμα, τὰ ἐκ τῆς ὕλης ἀποσκοπεῖ, καὶ τοῦ οἰκείου τέλους τυγχάνειν ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ ὅτι φύσει προγενεστέρα ὑπάρχουσα (ita legendum) ὅσῳ συνανείρει μὲν ἑαυτῇ τὰ λοιπὰ, οὐ συνανείρεται δὲ ἐκείνοις. Nicomach. lib. I. ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς. Inter Pythagorea ἀκούσματα recenset Jamblichus τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμὸς, de vit. Pythag. c. 17. Quod vero ad auctorem Arithmeticae spectat, sunt, qui Minervam eo nomine laudent, Liv. lib. VII, c. 3. eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus a Minerva inventus sit; alii Palamedem, de quo Plato, ἣ οὐκ ἐν ἑσθλῆς ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὐρών; Sophocles de eodem:

οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῦχος Ἀργεῖο στρατῷ  
σταθμὴν τ' ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὐρήματα  
καὶ κείν' ἔφευξεν.

Euripides in Phoen. v. 541. 542.:

καὶ γὰρ μέγ' ἀνθρώποισι, καὶ μέγ' σταθμῶν  
ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισεν.

Et Manilius lib. IV.:

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis  
Imposuit, certumque modum, propriasque figuras."

STANLEY.

V. 458. γραμμάτων τε συνθέσεις, *literarum-que conexiones*. „Ita Cedrenus, Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φασιν, ἐξεῦρεν· et Suidas, Προμηθεὺς εὗρε πρῶτος τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν. Alii ad alios referunt. Plin. VII, c. 56.: *Literas semper arbitror Assyrias fuisse, sed alii apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius, alij apud Syros repertas volunt*. Euripides, ad Palamedem, cujus sub persona ita loquitur:

τὰ τῆς γε κήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνον,  
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τιθεῖς,  
ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἶδέναι."

STANLEY.

V. 459. μνήμην θ' ἀπάντων — ἐργάτιν. Sic libri omnes praeterquam quod nonnulli ἐργάτην exhibent. Sententia est: *Et memoriam omnium rerum* (iis dedi), *Musarum matrem artificem*. Comma post ἀπάντων ponendum fuit, vel scribentis vel corrigentis incuria omissum. Dicit Prometheus hominibus se dedisse facultatem omnia memoria comprehendendi, quo munere ad literas tractandas idonei facti sint. Bene Schnetzius ait: artes sine memoria ne existere quidem, nedum perfici posse. Id Aeschylus voluisse videtur; homines, qui omnia antea sine ratione (ἄτερ γνώμης) agebant et somniorum imaginibus similes temere commiscebant, a Prometheo doctos fuisse, quomodo ea, quae audiebant videbantque, memoriae imprimerent; multis enim rebus

colligendis et considerandis nascitur experientia, quae in artes et literas maximam vim exercet, atque omnis doctrina. Sine memoria omnia sunt vana, irrita, ca-  
duca. Eam autem ab Aeschilo tanti aestumatam, ejus-  
que verba sic intelligenda esse, credibile fit eo, quod,  
ut secundum Pythagoreos Arithmetica *ἔξοχον σοφισμά-  
των* appellat, in hoc quoque Pythagoreos secutus esse  
videtur, quos artem memoriae diligentissime coluisse  
apparet ex Jamblich. Vit. Pythag. c. 29.: *ἐπὶ πλεον  
ἐπειρῶντο* (Pythagorei) *τῇ μνήμῃ γυμνάζειν· οὐδὲν γὰρ  
μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν τοῦ  
δύνασθαι μνημονεύειν.* Homines autem a deo Prometheo  
memoria donari potuisse, non est cur dubitemus. Qua-  
propter mihi non vera videtur Hemsterhusii conjectura,  
qua omisso *θ'* scribi jussit: *μνήμης ἀπάντων μουσομή-  
τορ' ἐργάτιν*, ut *ἐργάτιν* referatur ad *συνθέσεις* per ap-  
positionem, quae sermonem non satis concinnum red-  
dit. Speciosior quidem et faciliior est illa, quam Her-  
mannus protulit, *συνθέσεις, μνήμην ἀπάντων, μουσομή-  
τορ' ἐργάνην*, ut, omissa particula conjunctiva, omnia  
per sese dicantur. Sed neque hanc veram puto. Nam  
sine literis rerum memoria esse potuit et fuit Musaeque  
sine literis coli possunt, ut multa carmina facta sunt,  
antequam literis consignabantur. Quare potius vis hu-  
jus loci in eo mihi posita esse videtur, ut homines a  
Prometheo et literas acceperisse dicantur et memoriae fa-  
cultatem, qua antea carebant, et sine qua neque literae  
frangi sunt neque numeri neque aliae artes. Non tamen  
negaverim, literis memoriam valde adjuvari; quod ne-  
que ea lectio negat, quam ego recepi, quum *συνθέσεις*  
verba *μνήμην θ' ἀπάντων* ita sequantur, ut arctius con-  
jungenda sint.

V. 460. κνώδαλα. Intellige boves, asinos, mulos. Blomfieldus commemorat Schol. in Plat. p. 251. κνώδαλα κυρίως τὰ θαλάττια θήρια· κινώδαλα γὰρ ἐστὶ τὰ ἐν ἄλλῃ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησὶ κ. τ. λ.

V. 461. ξεύγλαισι δουλεύοντα, *funibus servientia*. ξεῦγλαι (ξεύγματα Schol.) sunt *lora*, quibus *bestiae ad jugum alligantur*. Interpunctione emendata, hic locus mihi integer videtur.

V. 462. διάδοχοι, κουφισταί, ἀπὸ μέρους δεχόμενοι, αἴροντες αὐτοὺς καὶ οὐκ ἐῶντες κοποῦσθαι. Schol. B.

V. 464. Equi vocantur ἄγαλμα τῆς ὑπερπλοῦτος χλιδῆς, *ornamentum praedivitis luxuriae*, quo indicatur, homines, quum equos alerent, jam meliore fortuna gavisos esse atque, auctis rebus, aliquid possuisse in luxu. Schol. B. hanc appositionem interpretatur: καλλώπισμα μεγάλης τρυφῆς. Caeterum Stanlejus adnotat: „quod vero sibi arrogat Prometheus, alii aliis tribuunt. Plin. H. N. VII, 56. *Vehiculum cum quatuor rotis Phryges*. Et postea: *Bigas primum junxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius*. Virgil. Georg. III. *Primus Erichthonius currus et quatuor ausus jungere equos*. Euseb. num. 543. *Erichthonius primus quadrigam junxit in Graecia, erat quippe apud alias nationes*. Et num. 447. *Trochilus primus fertur junxisse quadrigam*. Tertullianus posteriori favel.“

V. 466. λινόπτειρ'. τὰ δίκην πτερῶν λινῷ ἱστία ἔχοντα Schol. B. Eur. Iph. A. v. 251. πτερωτὰ ἄρματα navigia appellat. Ennius *naves* vocat *velivolae*; Virgilius *velorum alas pandere* dixit. Praeterea conferunt Hom. Od. IV, 708. νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαίνεμεν, αἷθ' ἄλως ἵπποι ἀνδράσι γίγνονται. Oppian. Cyneg. I, 121. λινοπερέγων ὅπλα νηῶν. Cassiodor. V, Ep. 17.

*Vela alas navium facientia linum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, praenuntia mercium, auxilia quieti nautarum, quorum beneficio conficiunt otiosi, quod a pluribus avibus vix probatur impleri.*

ναυτίλων ὀχήματα, τὰ σκάμματα οἷς ἐποχοῦνται οἱ ναῦται. Schol. B.

V. 467. Cum universo hoc loco comparant Vitruv. II, 1. et Moschionis versus ap. Stobaeum Ecl. phys. p. 145. ed. Grot. :

πρῶτον δ' ἄνειμι καὶ διαπιτύξω λόγῳ  
 ἀρχὴν βροτείου καὶ κατὰστασιν βίου.  
 ἦν γὰρ πότε' αἰὼν κείνος, ἦν, ὀπηνίκα  
 θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοί,  
 ὀρειγενῇ σπήλαια, καὶ δυσηέλους  
 φάραγγας ἐνναλόντες. Οὐδέπω γὰρ ἦν  
 οὔτε σιευγῆρος οἶκος, οὔτε λαῖνοις  
 εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένα πόλεις.  
 οὐ μὴν ἀρότροις ἀγκύλοις ἐτέμνετο  
 μέλαινα καρποῦ πῶλος ὁμπνίου τροφός·  
 οὐδ' ἐργάτης σίδηρος εὐϊώτιδος  
 θάλλοντας οἴνης ὀρχάτους ἐτημέλει.  
 ἀλλ' ἦν ἀκύμων κοῦδέν ἐκφύουσα γῆ,  
 βοραὶ δὲ σαρκοβρῶτες ἀλληλοκτόνους  
 παρεῖχον αὐτοῖς δαίτας, ἦν δ' ὁ μὲν νόμος  
 ταπεινός· ἡ βία δὲ σύνθρονος Διὶ.  
 ἔδ' ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορά.  
 ἐπεὶ δ' ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος  
 τὸν θνητὸν ἡλλοίωσεν ἔμπαλιν βίον,  
 εἴτε οὖν μέριμναν τὴν Προμηθεὺς σπάσας,  
 εἴτε οὖν ἀνάγκην, εἴτε τῇ μακρᾷ τριβῇ  
 αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον.  
 τόθ' εὐρέθη μὲν καρπὸς ἡμέρου τροφῆς  
 Δήμητρος ἀγνῆς· εὐρέθη δὲ Βακχίου  
 γλυκεῖα πηγὴ· γαῖα δ', ἡ πρὶν ἄσπορος,  
 ἦδη ζυγουλκοῖς βουσίην ἥροτρεύετο.  
 αὐτοὶ δ' ἐπυργώσαντι καὶ περισκεπεῖς

ἔτευξαν οἴκους· καὶ τὸν ἡγριωμένον  
 εἰς ἡμέρον δάιταν ἤγαγον βίον.  
 καὶ τοῦδε τοὺς θανόντας ὥρισεν νόμος  
 τύμβοις καλύπτειν, καπιμοιρᾶσθαι κόνιν,  
 νεκροὺς δ' ἀθάπτιους μηδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἔαν  
 τῆς πρόσθε θόλης μνημόνευμα δυσσεβές.

V. 470. Asyndeton hoc: πέπονθας, *plavā ex mea sententia nihil habet, quod nos offendat. Altera enim sententia: ἀποσφαλεῖς φρενῶν πλανᾷ videtur ita dicta esse, ut ad priorem non adjiciatur aliquid, sed priorem altera gravioribus verbis repetat. Conf. ad v. 56. Nam πέπονθας αἰκὲς πῆμα significat: perpetetis indignam fortunam s. versaris in indigna fortuna. ἀποσφαλεῖς φρενῶν πλανᾷ autem est: mente captus erras, h. e. in tantis malis versaris, ut delirans nescias, quid agendum sit. Totius igitur loci sensus est: gravissimo malo affectus es, e quo qua ratione effugias, nescis, et titubas ut malus medicus, qui, ubi in morbum inciderit, animo desponso, ipse sibi medicamentum invenire non potest. Haec sic intelligenda esse, ultima Promethei verba demonstrant: αὐτὸς οὐκ ἔχω σοφισμόν, ὅτῳ τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ, quae a Choro latius exponuntur. De verbi αἰκὲς contractione vid. ad v. 93. Sin legimus πέπονθας αἰκὲς πῆμ', ἀποσφαλεῖς φρενῶν πλάνῃ, in quibus nihil est, quod reprehendatur, sensus est: indignum in cruciatum a Jove immissus es, quum mentis errore captus ejus imperio non obtemperares, et titubas ut malus medicus. Verba καὶ σεαντὸν — ἰάσιμος construe ita: καὶ οὐκ ἔχεις εὐρεῖν, ὅποιοις φαρμάκοις αὐτὸς εἰ ἰάσιμος. Interpretes comparant Cic. Epist. ad Divers. IV, 3. neque imitare malos medicos, qui in alie-*

*nis morbis profilentur se tenere medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt.* Lucian. de Merc. Cond. c. 7. ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκρύπτων βηγὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑποβηγὸς ἐφαίνετο. Caeterum observandum est, quae fere universe pronuntiarī solent a Choro, ad ipsum Prometheum referri.

V. 475. πόρους, proprie *vias*, deinde *quodvis subsidium* intellige, *quo aliquid efficitur*. V. supra v. 111. 112. ἡ διδάσκαλος τέχνης πάσης βροτοῖς πέφηνε καὶ μέγας πόρος. Quo loco satis firmatur πόρους, quod hic legitur, a Scholiastis μηχανὰς explicatum; neque omnino notio, quae inest in altera lectione δόλους, satis apta videtur ad ea, quae Prometheus in hominum salutem excogitavit. Supra v. 467. 468. μηχανήμα et σοφισμα conjuncta sunt.

ἐρησάμην est ἐμηχανησάμην. Schol. A. ἐβουλευσάμην Schol. B. ἐνέβαλον αὐτοῖς κατὰ νοῦν πράττειν. Soph. Trach. v. 974. τί πάθω; τί δὲ μήσομαι;

V. 477. sqq. Quatuor esse φαρμάκων genera, quorum praecipue mentio fiat apud auctores Graecos, demonstravit Blomf. ad h. l.: χριστὰ, πᾶστα, πλαστὰ et πιστὰ vel πότιμα, quibus interdum addi quintum genus τὰ βρώσιμα, et sextum ἐπωδαί, ad *ungendum, inspergendum, emplastro obtegendum, bibendum, edendum, excantandum*. Laudat ille praeter alios Schol. Aristoph. Plut. v. 717. τῶν φαρμάκων τὰ μὲν ἔστι καταπλαστὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ποτὰ, ibique Hemsterhus. Schol. Vernet. ad Il. IV, 191. τρεῖς δὲ φαρμάκων ἰδέαι, ἐπίπαστα, ὡς ἐπὶ Ἑλένης. Conf. Soph. Aj. v. 581. 582. οὐ πρὸς ἱατροῦ σοφοῦ, θρηνεῖν ἐπωδὰς πρὸς τομῶντι πῆματι.

V. 479. κατεσκέλλοντο, sensim tabescebant. κατασκελεῖν· κατασκελετεύειν, τὰς σάρκας καταφαιγεῖν. Hesych.

πρὶν γ' cum Blomfieldo scripsi, quum πρὶν ante vocalem non producat; nam ubi apud Homerum productum est, vel propter gamma aeolicum vel propter caesuram factum videmus. Cum Indic. construitur πρὶν, quum indicamus aliquid revera factum esse. Caeterum alii Apollinem medicinae auctorem nominant. Interpretes laudant Callimach. II, 45. ἐκ δέ νυ Φοῖβου ἱητροὶ δεδάσιν ἀνάβλησιν θανάτοιο. Plin. H. N. VII, 56. *Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt repertam, alii per Arabum Babylonis et Apollinis filium; herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio.*

V. 482. ἐστοίχισα, ἔταξα Schol. B. Cf. v. 230. διεστοιχίζετο ἀρχήν. Proprie hoc verbum est aliquid ordine collocare, h. e. ita collocare, ut res alia ab aliis distinguatur. Cf. v. 487. διώρισα.

V. 484. ὕπαρ est *verum somnium*. Blomf. laudat Ammonium: ὕπαρ ὀνείρατος διαφέρει. ὕπαρ μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐναργής ὄψις· ὄνειρον δὲ, ἡ ἐν τῷ καθεύδειν φαντασία, et Valcken. Animadv. p. 217. V. Hom. Od. XIX, 547. οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὃ τοι τετελεσμένον ἔσται.

κληδόνας, voces, h. e. *omina*, quae *vocibus indicantur*. Mortales Prometheus docuit, quae voces pro malis ominibus, quae pro faustis habenda sint. κληδών· φήμη, μαντεία· καὶ κληδονισμοί, αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις. Suid. Septem divinationis genera enumerare Prometheus notavit Schuetzius: primum e somniis, secundum ex ominibus, tertium e portentis in via currentibus, quartum ex auguriis, quintum ex extis,



sextum e sacrificiis, septimum e signis coelestibus (potius ex iis, quae cernuntur in igne). Caeterum addit Schuetzius: „qui quam studiose veteres in omni divinationis genere elaboraverint, et quam sancte non plebecula solum, sed nobilissima etiam ac sapientissimi viri hanc superstitionem coluerint, recordatus sit, is profecto non mirabitur in enarrandis vaticiniorum formis prolixum esse Prometheum, eumque in horum doctrina mortalibus impertita permagnam laudum suarum partem ponere.“

V. 485. ἐνοδίου συμβόλους. τὰ σύμβολα et αἱ σύμβολοι ἐνόδιοι dicuntur *omina*, quae domo egressis in itinere occurrunt. Commemorant Aesch. Agam. v. 112., ubi Agamemnoni aquilae lepus vorantes occurrunt. Cf. Eumen. v. 698. ὁδοῦς ἀθύμους καὶ παρόρμητας πόρους. Tibull. I, 3, 19. *O quoties ingressus iter, mihi tristitia dixi Offensum in portam signa dedisse pedem.* Horat. Od. III, 17, 1.

V. 486. γαμψωνύχων. „Aves rapaces designantur, quibus potissimum in disciplina augurali utebantur; hae a proprietate naturali dicuntur *aduncis unguibus praeditae*.“ SCHUETZ.

V. 487 sqq. Comparant Callim. in Lav. Pall. 125. γνωσέεται δ' ὄρνιθας, ὅς αἰσιος, οἳ τε πέτονται Ἥλιθα, καὶ πόλων οὐκ ἀγαθὰ πτέρυγες. *Dextras et sinistras aves faustas et infaustas intelligi, inter omnes constat.*

V. 489 — 490. Huc facit locus Aristot. H. A. IX, 1. τοῖς ὁμοφάγοις ἅπαντα πολεμεῖ, καὶ τὰ πάντα τοῖς ἄλλοις ὁδὲν καὶ τὰς διεδρίας καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντιες λαμβάνουσι· διέδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες, σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα.

V. 491 — 492. „*Viscerumque laevitatem, et quo*

*colore diis accepta essent.* Nempe diligenter observabant extispices, an hostiarum exta, jecur potissimum, nitida atque plena, an vero horrida et exilia essent. Cf. Cic. de Divinat. II, c. 12. 13. Nec vero colorem extorum negligebant.“ SCHUETZ.

V. 493. *χολῆς — εὐμορφίαν.* Recte Blomf.: *Fellis et jecinoris faustam varietatem; εὐμορφία* enim eum colorem indicat, qui placeat Superis. Schuetzcius haec adnotavit: „hic idem quod versiculis duobus antecedentibus generatim dixerat, ad propriam fellis et jecoris naturam transfert; haruspices enim accurate observabant, quae pars jecoris inimica, quae pars familiaris esset, quod fissum periculum, quod commodum aliquod ostenderet; caput jecoris ex omni parte diligentissime considerabant, an scilicet a cultro laesum esset, vel plane abesset. Centena talia vel ex uno Julio Obsequente antiquitatis studiosi cognoscent.“

V. 494. „*κνίση. Adeps.* Male Stanlejus *nidor*, qui tamen significatus magis communis est. Hesych. *κνίσα· ἀτμός, καπνὸς τῶν θυνσιῶν. καὶ τὸ λίπος τοῦ ἱερείου. καὶ ὁ ἐπίπλους.* Photius Lex. M. G. *κνίσης· λίπους· ἢ ἀναθυμιάσεως.* Schol. Venet. ad Il. I, 66. *κνίση· ἀπὸ τοῦ κνίζω κνίσω, ὃ σημαίνει τὸ λεπτύνω· λεπτότατος γάρ ἐστιν ὁ ἐπίπλους.* Cf. Soph. Antig. v. 1010. *καταρρόνεις Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.*“ BLOMF.

V. 495. „*ὄσφους, lumbus.* ὁ παρὰ πλευρόν διάκενος τόπος. Hesych. „„*Spinam excipit ὄσφους, quae ἱξὺς nominata est, qua parte cinguntur (Latini lumbos vocant).*“““ H. Steph. in Diction. Medico p. 554. ex Galeno. Etymol. M. p. 636, 23. *ὄσφους λέγεται τὸ τρίτον μέρος τῆς ῥάχεως· ἡ γὰρ ῥάχης τρεῖς ἐκωνυμίας ἔχει.*

καὶ ἡ μὲν πρώτη καλεῖται ἀρχήν· ἡ δὲ δευτέρα, ἑξήνη· ἡ δὲ τρίτη ὁσφύς.“ IDEM.

V. 496. „φλογωπὰ σήματα. *Flammea signa*, loquitur de ἔμπυρομαντεία *ignispicio*: male Schuetzius de fulguribus (et signis coelestibus) intelligit. In ignispiciis flammam spectabant, quomodo se per auras explicaret. Adeas Valcken. ad Eur. Phoen. v. 1261. Apoll. Rhod. I, 144. αὐτὸς δὲ θεοπροπίας ἐδίδαξεν Ὀλωνούς τ' ἀλέγειν, ἡδ' ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι.“ IDEM. Recte Schol. B. τὰ διὰ τῆς φλογὸς γινόμενα σημεῖα πρὸς τὸ μαντεύεσθαι. Huc faciunt loci Senec. Oedip. v. 309., ubi Tiresias :

Utrumne clarus ignis et nitidus astat  
Rectusque purum verticem coelo tulit  
Et summam in auras fusus explicuit comam,  
An latera circa serpit incertus viae  
Et fluctus ante turbidus fumo labat.

Et Stat. Theb. X, 593. :

Sanguineos flammaram apices, geminumque per aras  
Ignem, et clara tamen medio fastigia lucis  
Orta docet; tunc in speciem serpentis inanem  
Ancipiti gyro volvi, frangique rubore  
Demonstrat dubio.

V. 497. ἑξωμμάτωσα, ἐφανερώσα Schol. B. ἑξοματοῦν enim est *facere, ut aliquis oculos habeat*; sensus igitur est: *illa signa in prospectum duxi, ut cernerentur, observarentur, intelligerentur*. Hoc verbum proprie dici de caecis, cui visus reddatur, existimat Blomfieldus. Aesch. Suppl. v. 476. ὥμμάτωσα γὰρ σὰφέςτερον.

ἐπάργεμα. ἐπάργεμος· ἀποκεκρυμμένος, ἡ νόσος ὁφθαλμῶν· ἐπάργεμα γὰρ λέγεται τὰ ὄμματα, ὅταν ἡ τετυφλωμένα ὑπὸ λευκωμάτων, καὶ πάντα δὲ τὰ τυφλὰ καὶ

ἀφώτιστα οὕτως λέγεται. Hesych. Ἄργον τὸ λευκόν, ὅθεν καὶ ἐπάργεμον, πάθος ὀφθαλμοῦ τὸ κοινῶς λεγόμενον λεύκωμα, ὥς πον καὶ Αἰσχύλος παραδηλοῖ. Eustath. ad Il. III. Ἄργεμος, νόσος ὀμμάτων, ἀφ' οὗ ἄργεμα κατὰ Αἰδύμον, τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ, ἐν τῷ· πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα. Id. ad Odyss. II, p. 1430, 60. Ἄργεμον ἐστίν, ὅταν κατὰ τὸν τῆς Ἰριδος κύκλον, καὶ τὸ λεύκωμα, ἐνίοτε δὲ τὸ μέλαν, ἔλκος γίνεται στρόγγυλον καὶ ὑπόλευκον. Galen. Introd. c. 15. Significat igitur *caligine obducta*, σκοτεινὰ, κεκρυμμένα.

V. 498 — 501. *Sub terra hominibus abdita commoda quis dicat se ante me invenisse?* Plin. H. N. VII, c. 56. hanc laudem aliis tribuit; verba ejus sunt: *Ferrum Hesiodus* (invenisse tradit) *in Creta eos, qui vocati dactyli Idaei. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis, ut alii, Aeacus* (cf. not. ad Aesch. Eumen. v. 855 — 858. p. 180.); *auri metalla et conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem, ut alii, Thoas et Aeacis in Panchaja, aut Sol Oceani filius.*

V. 502. φλῦσαι, φλυαρεῖν Schol. B. φλύειν est *fervere* et dicitur de aqua, de arboribus, herba; deinde de sermone est *nugari, multa et inania loqui*. Aesch. Sept. Th. v. 646. ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν. Similiter usurpari *ebullire* observavit Schuetzius apud Cic. de Fin. V, c. 27.: *dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam*. Cf. Aelian. V. H. III, 41. τὸ πολυκαρπεῖν οἱ ἀρχαῖοι ὠνόμαζον φλύειν· ὅθεν τὸν Διόνυσον φλεῶνα ἐκάλουν.

V. 503. συλλήβδην, ὁμοῦ, συλληπτικῶς, ὥς δι' ὀλίγων πολλὰ εἰπεῖν, συντόμως. Hesych.

V. 505. καιροῦ πέρα, ἔξω τοῦ πρόποντος Schol.

B. Idem sententiam recte illustrat: μή τήν σὴν πρὸς ἀνθρώπους φιλανθρωπίαν διεξιὼν διατρίβει, ἥ γὰρ τοιαύτη διατρίβῃ ἔξω τοῦ πρόποντός ἐστιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ σαντοῦ πεποιῆσθαι φροντίδα. Oceanitides igitur omnino suadent illi, ne intempestive adjuvet mortales; sperare enim se, eum, reconciliata cum diis gratia, aliquando vinculis liberatum non minore, quam Jovem, potestate valiturum esse.

V. 509. Sententia est: *Nondum destinatum est, ut haec eo, quo tu cupis, modo perficiantur.* Proprie: nondum haec Parca destinata est eo modo, quo tu perficeres, perficere; πέπρωται enim h. l. passive de re, quae destinata est, dicitur. Parca vocatur τελεσφόρος, ad finem perducens aliquid, i. e. *potentissima*. Recte Schol. B. ἡ εἰς τέλος φέρουσα πάντα. Sic Eumen. v. 351. Eumenides εὐμήχανοί τε καὶ τέλειοι appellantur.

V. 510. μυρεῖταις. Ut supra v. 94. sqq., sic hoc loco profitetur, quippe qui sciret, quae eventura essent, se Jovis ira diu vexatum iri.

V. 512. Sententia est: *Ubi necessitas imperat, nihil valet ars.* Dicit igitur, se nullo consilio liberari posse, quum fata prohibeant. καὶ ἡ ἐμὴ τέχνη πρὸς τὴν τῶν μοιρῶν ἀνάγκην οὐδέν τι πρᾶξαι δύναται. Schol. B.

V. 513. οἰακοστόφος, κυβερνήτης Hesych. κύριος καὶ διοικητής Schol. B. Supra v. 148. νῆοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσιν.

V. 514. τρίμορφοι vocantur Parcae, quia tres numero sunt, Κλωθώ, Λάχεσις, Ἄτροπος. Furiae dicuntur μνημονες, αἱ μνημονεύουσαι τῶν παρ' ἀνθρώποις κακῶν, καὶ ἀντιδιδούσαι, Ἀλεκτὼ, Μέγαιρα καὶ Τισιφόνη. Schol. B. De Furiis conf. Aeschyli tragoe-

diam. Hae deae ea, quae Parcae decreverunt, curant, ut perficiantur.

V. 518. οὖν omittant plures Codd., quapropter alii ξτ' pro οὖν scripserunt, quod mihi non satis quadrare videtur, quum οὐκ ξτ' aliud quid significet; Prometheus autem nihil omnino Choro de hac re vult aperire. Veram lectionem praebet Cod. Venetus.

λιπαρεῖ. Hoc verbum significat *instare precibus*, τὸ σφόδρα προσκατερεῖν καὶ δεῖσθαι. Phot. Lex. Proprie λιπαρεῖν esse *perseverare* monuit Blomf., allato Herodoti loco, VIII, 144. ἡμέες μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω, ὅπως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας.

V. 519. ξυναμπέχεις, κατέχεις παρὰ σαντῶ καὶ οὐκ ἐκφαίνεις ἡμῖν Schol. B.

V. 520. ἄλλου λόγου μέμνησθε, i. e. *de alia re loquimini*; λόγος enim saepe idem est quod πρᾶγμα: *Haec res nullo modo eloquenda est* (καιρός ἐστὶν γεγωνεῖν), *sed celanda quam maxime*.

V. 524. Chori hoc est argumentum: Oceanitides optant, ut sibi semper amicitia sit cum Superis, neque unquam eorum iram sive negligentia sive malefactis sibi concilient. Jucundissimam esse vitam moerore vacuam; nunc autem se dolore angi, quum videant ita afflictum Prometheum, qui, deorum legibus posthabitis, amicus et auxiliator fuerit hominum, qui nullam ei gratiam referre possint, quoniam natura imbecilli sint neque ea, quae Jupiter constituerit, ullo pacto mutare et evertere queant. Praedicant deinde felicitatem, qua olim gavisus sit Prometheus, quum Hesionem, sororem ipsarum, domum duxisset. Observandum autem est, Aeschylum Oceani filias, immemores divinae originis, loquentes facere ut homines; cogitant enim de sacrificiis,

quae paranda sint diis, more mortalium, qui muneribus oblati deos sibi amicos reddere student.

V. 525. Sententia est: *ne unquam, qui omnia administrat, Jupiter mihi sese opponat*. Proprie: nunquam meae sententiae robur suum adversarium faciat; θέσθαι enim est *sibi aliquid facere*; ἀντίπαλον θέσθαι κράτος τινι igitur significat: *robur ita componere, ut alicui adversetur*. ὁ πάντα κρατῶν, φησὶ, καὶ διοικῶν Ζεὺς μηδὲ ποτε ἀντίπαλον κράτος, οἶονεὶ ἐχθρὸν, ποιήσσειε τῇ ἐμῇ γνώμῃ, ἥγουν, μηδὲ ποτὲ ἐναντίος μοι γένηται. Schol. A.

V. 527 — 530. Sensus horum versuum est: *Neque ego cessarim ad deos accedere sacris bouum mactatorum victimis apud patris Oceani perenne flumen*. ἐλινύειν c. partic. ποτινισσομένα ex more Graecorum conjunctum est; ποτινισσομένα autem dorice dictum est pro προσνισσομένη. Porro θοίνη est *epulum* (ἐὼχία Hesych.), hic epulum sacrum, i. q. θυσία. Dicitur, autem θοίνη βουφόνος, h. e. *epulum, in quo boves mactantur*; θοίναις βουφόνοις Schol. B. explicat: ἡ μεγάλαις ἢ ταῖς ἐκ βοῶν γινομέναις. Patris Oceani flumen vocatur ἄσβεστον, h. e. *quod nunquam minuitur et semper fluit, inextinctum*, ἀκατάπαυστον Schol. B. et Hesych. Aeschyl. Agam. v. 958. ἔστιν θάλασσα, τίς δέ νιν κατασβέσει; Aptissima profecto haec vox est, ut maris aeternus fluctus motusque designetur, in quo admirabilis quaedam vis naturae spectatur. Supra v. 139. ἀκόλμητον ξεῦμα Ὠκεανοῦ commemoratur.

V. 531. ἀλίτοιμι. ἀλittaίνω ab ἄλῃ, *error*, derivatum est et significat proprie *errore*, deinde *errando offendere aliquem, peccare contra aliquem*, unde c. acc. construitur. Aesch. Eum. v. 256. εἴ τις ἄλλον

ἤλιτεν βροτῶν. H. l. additum est λόγοις, i. e. *infaustis verbis*.

V. 533. καὶ μή ποτ' ἐκτακείη. Cf. Soph. Aj. v. 523. ὅτον δ' ἀπορῶεῖ μνηστis εὖ πεπονθότος. Huic opponitur ἐντετηκέναι apud Soph. Elect. v. 1311. μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι. Male Schuetzius τόδε ad ea, quae sequuntur (ἡδύ τι etc.), refert; nam haec gravis sententia prorsus inepta esset, quum sequentibus nihil contineatur, quod memoriae imprimendum sit. Potius ad antecedentia referendum est, ut Schol. B. fecit: τόδε· τὸ τιμῶ τοὺς θεούς.

V. 534 — 538. ἡδύ τι — εὐφροσύναις. Sententia est: *Dulce est fida spe producere longam vitam, dum apertis voluptatibus animum alit.* βίον τείνειν, vitam extendere, vitam agere. Blomf. commemorat Horat. Ep. I, 5, 10. *impune licebit, aetivam sermone benigno tendere noctem.* θυμὸν ἀλδαίνουσαν. Cf. Soph. Aj. v. 558. νέαν ψυχὴν ἀτάλλων. Aesch. Sept. Th. v. 542. ἀλδαίνειν κακά. Schol. B. τὴν ψυχὴν αὔξουσιν. Idem φαναῖς explicat: σαφειστάταις.

V. 540 — 541. Post διακναιόμενον desunt quatuor syllabae, quas ego sic addidi, ut ad sententiam, quae praecedat, pertineant. Videbatur autem mihi *deorum* commemoratio aptissima esse, quum poeta pergeret: Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων. ●

V. 543. ἐν ἰδίᾳ ego recepi, quum non dubitem, quin ἀλλὰ in strophā recte legatur. Respondent igitur duae breves syllabae uni longae, ut v. 548., ubi ἐκείνοιον emendavi, quum prima syllaba in ἰσόνειρον, quod vulgo legitur, non producat. Non tamen incredibile est et ἰδίᾳ et ἰσόνειρον interpretamenta esse aliarum vocum, et pro hoc ἀντόνειρον cum Reisigio atque pro



ἰδίᾳ scribendum esse κυρίᾳ vel simile aliquid. Sic in Soph. Aj. v. 571. pro μέχρις οὗ scribunt ἔστ' ἄν.

V. 545. φέρε' ὅπως, ut λέγ' ὅπως significat *age dic quomodo*. Ἴδε σκόπησον Schol. B. ἄχαρις χάρις, Schol. B. supplet recte τῶν βροτῶν ἐστί. Hic Chorus gratiam, quam Prometheus in homines retulerit, malé homines retulisse; non enim illum adjuvarunt neque adjuvare potuerunt. Hoc reputare debuisse Prometheum ait Chorus, neque mortalibus auxilium ferre. Caeterum hic lusus verborum Graecis admodum familiaris est, ut γάμος ἄγαμος, πόλεμος ἀπολεμος (v. 906.), νᾶες ἄναες (Pers. v. 677.), χάρις ἀχάριτος (Eurip. Phoen. v. 1757.). H. l. χάρις ἄχαρις est proprie *gratia, quae nulla est gratia*, ingrata gratia. Vide quam ingrata hominum gratia sit, h. e. *quam ingrati sint homines*.

V. 547. ὀλιγοδρανία, ἀσθενής δύναμις Schol. B. Derivatur haec vox ab ὀλίγος et δρανῶ, δράω, et significat eum statum, quo quis pauca tantum potest facere, *imbecillitatem*.

ἄκις· ἀσθενής, ἀδύνατος Hesych. κίς est *vis*, unde per *a* privativum formatum est adjectivum, *ἀπρότερος*. Notissimum autem est illud Pindari: σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Conferunt Aristoph. Av. v. 688.:

ὀλιγοδραντές, πλάσματα πηλοῦ, σκιοεῖδεα φύλ' ἀμένηνα,  
• ἀπτῆνες, ἐφημέριοι, ταλαὶ βροτοὶ, ἄνδρες εἰκελόνειροι.  
Et Eurip. Phoen. v. 1722. ὥστ' ὄνειρον ἰσχύν.

V. 548. ἐκελόνειρον. Quum apud Aristophanem legatur εἰκελόνειρος, hic ego non dubitavi ἐκελόνειρος pro ἰσόνειρος recipere. In lexicis quidem ἐκελόνειρος non commemoratur, sed quum Graeci poetice dixerint ἔκελος pro εἴκελος, nulla caussa esse videtur, cur non ἐκελόνειρος bene se habeat. V. ad v. 543.

V. 549. Post ἀλαὸν addidi φέρεται ex conjectura, quod verbum aplissimum videbatur ad exprimendam hominum impotentiam et instabilem conditionem. Schuezzius: vox trisyllaba, quae post ἀλαὸν excidit, verbum intransitivum fuisse videtur, quod cum participio ἐμπεποδισμένον periphrasin faceret.

V. 550. sqq. Sensum bene explicat Schol. A.: ὕψηλῶς καὶ τραγικῶς τὸ τῆς εἰμαρμένης ὄνομα Διὸς ἀρμουσίαν εἶπεν, ἀλλ' οὐ τὴν εἰμαρμένην, φησὶ δὲ ὅτι οὐποτε αἱ τῶν ἀνθρώπων βουλαὶ διαφεύγουσι τὴν μοῖραν, ἀλλ' ὃ αἱ μοῖραι βούλονται, τοῦτο καὶ ποιοῦσιν. ἔμαθον ταῦτα οὕτως, καὶ τὰς σὰς ὀλεθρίας ἰδοῦσα τύχας, ὦ Προμηθεῦ.

V. 554. sqq. Idem: τοῦτό φησιν, ὅτι ἐπεγένετο καὶ ἐπὶ ἡλθέ μοι τὸ δισσὸν μέλος, τοῦτο ὃ νῦν θρηγῶ ἐπὶ τῷ σῷ πάθει, καὶ ἐκεῖνο ὅπερ ἦδον περὶ τὸν καιρὸν τοῦ σοῦ γάμου, ὅτε τὴν Ἡσιόνην πρὸς γάμον ἤγαγες. Ἄλλως. τὸ δισσὸν μέλος ἐπὶ ἡλθε, τόδε καὶ τοῦτο ὅπερ νῦν τραγῶδῶ ἐπὶ τῷ σῷ πάθει, ἐκεῖνό τε ὅπερ ἐτραγῶδουν περὶ τὰ λοιπὰ καὶ τὴν κολίτην ἐν ἰότητι γάμων, τούτεστιν ἐν συνόδῳ καὶ συνελύσει, παρὰ τὸ ἔναι πρὸς συνουσίαν, ὅτε ἤγαγες δάμαρτα καὶ γυναῖκα ὁμόλεκτρον τὴν ὁμοπάτριον ἡμῖν Ἡσιόνην ἔδνοις καταπείσας. ἔδνα δὲ εἰσι τὰ ἐπὶ προικὶ διδόμενα πράγματα. Ἄλλως. τότε γὰρ γαμοῦντί σοι τὸν ὑμέναιον ἦδομεν, νῦν δὲ δυστυχοῦντί σοι θρηγῶν. Hesychius: διαμφίδιον μέλος· ἄλλοιον, διαπαντὸς κεχωρισμένον· ἀμφὶς γὰρ χωρὶς. Articulus τὸ ad διαμφίδιον positum est, quia certum aliquod carmen intelligitur.

V. 556. ὑμεναίου ab ὑμεναίῳ, h. e. *hymnuncano*. Blomf. hoc verbum ὑμεναίῳ esse putat. ὑμεναίου, τὸ ἄδειν τὸν ὑμέναιον, καὶ συνάπτειν τὸν γάμον. Phot.

V. 557. ἰότατι γάμων, ob *consensum nuptiarum*. ἰότητι· βουλῇσει, αἰτία, ὄργῃ, χάριτι Hesych.

V. 558. sqq. Constructio: ὅτε Ἑσιόναν τὰν ὁμοπατρίον ἄγαγες δάμαρτα κοινόλεκτρον, πιθὼν ἔδνοις.

V. 560. Jam venit Jo, secum loquens; neque enim *terram*, in quam delata est, neque *genus* Nympharum, quae stant circa Prometheus, novit. De Jus Inachidos subita interventione conf., quae in praefatione ad hujus tragoediae interpretationem Germanicam diximus. Introducta est propterea potissimum, quod Hercules ab ea nasciturus est filius, a quo liberabitur aliquando Prometheus. Schuetzius: prima Jus *μονολογία* affectus et perturbationis plenissima est; mentis etiam furore concitae imago verissimis coloribus expressa.

V. 561. χαλινοῖς ἐν πετρίνοισιν. Poeta loquitur audacius: *frenis in saxeis*, i. e. *in catenis ad saxum adfixis*.

V. 562. χειμαζόμενον explicat Vulcanus supra v. 20. sqq. cf. v. 113. sqq. v. 145. sqq.

V. 563. ποινας ὀλέκει, i. e. ποινας πάσχων ὀλέκει, ποινας διδοὺς ὀλέκει. Loquitur poeta brevius; quum proprie dicere vellet *ποινας δίδως*, pro *δίδως* aliud et gravius quidem verbum posuit. Cf. ad v. 430. et v. 594. *δρόμους γυμνάζεται*. Nihil tamen supplendum est, nam accusativus est remotioris objecti. Hanc lectionem quum librarii non intellexissent, scripserunt *ποιναῖς ὀλέκει*, quod a multis editoribus receptum est.

V. 564. 565. ὅπη γῆς. Elmslėjus ὅποι γῆς, duorum Codd. lectionem, injuria practulit; ὅπη enim etsi significat: *quo loco, qua regione*, tamen cum verbis, quae motum indicant, conjunctum recte dicitur ex pleonasmō quodam. Ita *ποῖ μένω* est: *quo veni et ubi maneo*; plenius expressa haec dictio est apud Soph. Aj. v. 404. *ποῖ μολῶν μένω*; Itaque ὅπη πεπλάνημαι signi-

ficat: *quo erravi et ubi sum*. Cf. v. 589. ὅπη ἀλύξω. Et v. Hartung, in libro: *Ueber die Casus* p. 88. sqq.

Caeterum apte Schuetzius: „Postquam haec dixit Jo, novo furoris accessu se agitari sentit. Videre enim videtur Argi umbram, vestigiis suis insistentem. Egre- gie vero adumbravit Aeschylus Jus animum spectri phantasia perterritum; ejusque oratio mirabiliter ad anxietatem animi prodendam conformata, si justa prae- scrtim actoris pronuntiatione fuerit adjuta, vehementem theatro terrorem incusserit necesse est. ἄ ἄ, ἔα ἔα, interjectiones primum terrorem ex visione Argi conce- ptum apte et graviter signant. Quod dicit (αὖ, v. 567.) ἄτερον, id scilicet et convenienter spectatoris cogitatio- nem ad ea, quae extra scenam gesta sunt, traducit.“ ἔα, ἔα significat *desine, desine*, Imperat. ab ἐάω.

V. 567. οἴστρος. „*Asilus*, de quo multa alii. Aeschylus, ut videmus, οἴστρον et μύωπα confudit; sed audi doctissimum Apollonii Scholiastam ad Argon. I, 1265. μύωψ εἶδος μνίας κατὰ τὸ ἔαρ γινόμενον, ἥτις ταῖς λογάσι τῶν βοῶν ἐπικαθεζομένη, δάκνει αὐτάς, καὶ εἰς μανίαν ἄγει. ἀφ' οὗ καὶ οἴστρος λέγεται. Σώστρατος δὲ, ἐν τῇ τετάρτῃ περὶ ζώων, διαστέλλει τὸν μύωπα τοῦ οἴστρου. ὁ μὲν γὰρ μύωψ ἐκ τῶν ξύλων ἀπογεννᾶται, ὁ δὲ οἴστρος ἐκ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς ἐπιπλέοντων ζωαρίων. Cf. Schol. Odyss. XXII, 299. Hinc sua desumpsit re- centior quidem, sed et ille quoque doctus, Theocriti Scholiasta ad Idyll. VI, 28. τὸν οἴστρον τοῦ μύωπος Σώ- στρατος διαστέλλει. (Pro τετάρτῃ porro legendum videtur πρώτη, si modo fides sit Athenaeo habenda, qui diserte scribit Sostrati opus e duobus tantum libris constituisse, VII, p. 312. E. quam facile autem horum numerorum signa α' et δ' permutata forent, nemo est qui non vi-

deat: permutata sunt ap. Harpoer. v. *ἱερὰ τριηρης*.) Schuelzsius de *furere* intelligit, qui Io agitabat: cf. v. 599., ubi νόσος θεόσυντος vocatur. Suid. *Οἷτρον* δὲ καλοῦσι πᾶσαν κίνησιν. Photius, *Οἷτρος*· ἐρεθισμός, ἔκκανσις. πύρωσις ἐμμανής. Sed postea v. 678. de μύ-  
 ωπι loquitur, quod non nisi de asilo sumi potest: et de asilo quidem sumpsit Virgil. G. III, 152. Meleager Anthol. I, 27, 1. *τρεις δέ με θηλυμανεῖς οἰστροβολοῦσι πό-  
 θοι*. Sed ibi legendum οἰστοβολοῦσι; sequitur enim Ἡ γάρ τοι τρία τόξα κατήρτισεν.“ Blomf. χρίει, κεντεῖ, διεγείρει, ἥγουν οἰστροῦμαι καὶ ἀναβακχεύομαι, φαντάζο-  
 μαι τὴν τοῦ Ἀργους εἰκόνα. Ἐπειδὴ ὑπὸ Διὸς ἐρασθεῖσα Ἰὼ εἰς βοῦν ὑπ' αὐτοῦ μετεβλήθη ἵνα λαθῇ τὴν Ἥραν, γνοῦσα αὕτη ταύτη ἐπέστησε κύνᾳ Ἀργὸν καλούμενον, ὃν Ἑρμῆς ἀνελὼν Διὸς προσάγματι Ἀργειφόντης κέκληται. Ἥρα δὲ ἐποίησε τὴν Ἰὼ καὶ ἀποθανόντα αὐτὸν δοκεῖν ὄραν, ἀντ' αὐτοῦ δὲ τὸν ταῶ ἀνθρώποις. ἔδειξε, τῶν αὐ-  
 τοῦ πεποικιλμένων πτερῶν ὥσπερ τισὶν ὀφθαλμοῖς. Schol. B. Verte: *Bremsenwut*.

V. 568. sqq. Vulgo legitur:

εἶδ' ὦλον Ἀργου γηγενοῦς, ἄλευ' ὦ δᾶ,  
 φοβοῦμαι, τὸν μσριαπὸν εἰσορῶσα βούταν.

Metrica ratio postulat, ut hi versus Jambici sint et ha-  
 beant catalexin. Unde Dindorfius ἄλευ' δᾶ scripsit, omisso ὦ, quæ verbi apocope, Aristophanis exemplo et Photii glossa non satis confirmata, audacissima est; apud illum enim comicum poetam imperativus παῦ παῦε repetitus est, quod hic non est factum. Neque vulga-  
 ris sermonis usus, quo Atticos νῆ Δι dixisse pro νη Δία ostendit Dindorfius, ad hunc poetæ locum pertinere videtur. Deinde idem φοβοῦμαι, quod verbum nonnulli Codices omittunt, ex Hermannii aliquando sententia de-

levit, ut versus, qui sequitur, Jambus fiat trimeter catalecticus. Ad constructionem quidem hoc ferri potest, ut εἰσορῶσα ad χρεῖ με (i. e. χρομαι) referatur et constructionis mutatio admissa sit, quae a Graecis scriptoribus non aliena est. Neque ad sensum φοβοῦμαι requiritur. Veram oratio, omisso hoc verbo, mihi non satis elegans videtur, neque librorum auctoritas plurimorum contemnenda est. Quapropter verum vidisse mihi videor, quum ἄλν' ὦ δᾶ ita retinerem, ut hanc exclamationem extra metrum factam esse statuerem, atque φοβοῦμαι, quo versus qui sequitur incipit, ad praecedentem versiculum transferrem, quo facto metrum optime se habet. Ita Hermannus in choro Eumen. v. 757 — 764. ter φεῦ quum extra metrum a Furis vociferatum statuisset, metrum optime restituit. Quod ego hoc loco consilium sequendum duxi. Ibidem legitur οἷ οἷ δᾶ, ut intelligamus cum Blomfieldo, ὦ δᾶ meram interjectionem esse. ἄλν' ὦ δᾶ autem significat: *averte o terra*; δᾶ dorice pro γᾶ dictum esse ex Etymol. M. constat. Blomfieldus commemorat Lex. MS. Sangerm. apud Brunck. Lex. Sophocl.: ἀλεύσω, ἀντί τοῦ φυλάξω. Σαφοκλῆς. Cf. Aesch. Sept. Theb. 86.: θεοὶ θεαὶ τ' ὁρόμενον πάντ' ἀλεύσατε. Ibid. v. 128. καὶ Κύπρις ἄλευσον.

τὸν μυριωπὸν, *innumeros habentem oculos μυριαπὸς*: ὁ μυρίους ὀφθαλμοὺς ἔχων. ἐπίδτεον Ἄργου παρ' Ἀργείῳ. Gloss. ap. Etym. M. p. 595, 22. Secundum Ovidium *centum luminibus cinctum caput Argus habebat*, quorum pars vigilabat, pars dormiebat. Quocirca in Aesch. Suppl. v. 310. dicitur ὁ πάνθ' ὁρῶν. Cf. Eurip. Phoen. v. 1145. sqq.

V. 574. ὅπ' ὃ δὲ adverbialiter dictum est: *sub eo*

re, i. e. *simul*. Possit etiam cum ὁτῶβεϊ jungi, ut supra v. 126. ὑποσυρίξει. κηρόπλαστος δόναξ, *fistula ex arundinibus cera compacta*, disparibus calamis compagine cerae inter se junctis, ut loquitur Ovid. Met. I, 712. Arundo enim composita erat ex pluribus calamis, quorum rimae, ne exiret aura, oblinebantur cera.

V. 575. Praeterea δόναξ vocatur ἀχέτας (*ήχέτας*), *sonator, resonans*, πολυήχητος Schol. A. Conferunt Eur. Elect. v. 101. κύκνος ἀχέτας. Hesiod. Op. 580. ἡχέτα τέττιξ. Schuetzius: „Nempe ut Argus pastorum ritu, Inachi filiam dum vivebat custodiens, fistula canebat, sic Jo furore acta etiamnum ejus cantum audire videbatur. ὕπνοδόταν νόμον vel ornandae tantum imaginis causa adjectum est, vel, quod melius placet, ad miserationem commovendam. Quum enim Jo molesto lassitudinis sensu premebatur, tum hoc accedebat ad ejus miseriam, quod fistulae cantus somnum invitaret, quo tamen ob perpetuam Argi fugam frui non licebat.“ ὕπνοδόταν νόμον enim intellige *somniferum carmen*. τοιαύτην ᾠδὴν ἄδουσιν οἱ ποιμένες ὁπότεν τὰ θρέμματα ἐπὶ τὴν μάνδραν κατάγουσι κοιμηθισόμενα. οὐ μὲν δὲ οἶον ὁπότεν εἰς νομὴν αὐτὰ ἐξάγουσιν. Schol. A.

V. 576. Schuetzius: Inde ab hoc versu dispelluntur Jus phantasiae; jamque se colligit ex furore et ad se redit. Obiter Aeschyli in fabularum tractatione prudentiam novo exemplo declarare liceat. Ubi enim in tragoedia, quae inscribitur Ἰκέτιδες, Chorus Danaidam Jus fabulam narratione persequitur, virginem in vaccam a Jove mutatam fuisse, eique Jovem in tantum conversum appropinquasse; tum Argo ejus custode a Mercurio interfecto Junonem miserae buculae oestrum s. asilum, boves exagitantem bestiolam, immisisse narrat.

His autem fabularum portentis in hac tragoedia, ubi non narrabatur res, sed in scena agebatur, consulto abstinuit.

V. 577. sqq. Construe ita: ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε ἀμαρτοῦσαν εὐράν ἐνέξευξάς με ἐν ταῖςδε πημοσύναισιν. *O fili Saturni, quid unquam, quid unquam deprehendens me delinquentem implicasti hisce calamitatibus?* ἐν πημοσύναις ἐνέξευξας dictum est ut supra v. 108. ἀνάγκαις ἐνέξευγμαi. Scripsi autem metri caussa cum Hermannō (Opusc. Vol. IV, p. 334.) πημοσύναισιν altera forma pro πημοναῖσιν vulgata, quae non respondet antistrophico φοιταλέοισιν.

V. 581. οἰστρηλάτῳ δέλματι, δι' οἴστρου ἐλάνοντι καὶ ἀναβακχεύοντι φοβήματι ὃ πάσχω Ἄργον φανταζομένη. Schol. B. *Furore igitur, qui per oestrum vel asilum accendebatur, se agitari queritur.*

V. 582. Vocat se παράκοπον, *mentis non competentem*; ~~non~~ enim ignorabat per intervalla, ut Schuezzius monuit, se furore corripi, quam fortunam, ubi ad se rediit, vehementer querebatur. παράκοπον proprie dici de citharoedo contra tempus pulsante adnotat Blomfieldus.

V. 583. Infelicis puellae fortuna tam misera est, ut mors ipsi longe praeferenda videatur, sive igni combusta, sive terrae hiata vorata, sive marinis monstris in pabulum projecta pereat; quodcumque mortis genus est, ipsi optabilius videtur et jucundius, quam vivere in his aerumnis, quarum auctor est Japiter.

V. 585 — 586. μηδέ μοι — εὐγμάτων. φθονεῖν τινί τις est *invidere alicui aliquid*, h. e. denegare et facere, ut aliquis alicujus rei non compos fiat. Cf. v. 629. οὐ μεγάλῳ τοῦδέ σοι δωρήματος. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 368.



V. 588. γεγυμνάκασιν, *exercuerunt*, ut v. 594. πρὸς βίαν γυμνάζεται. Agamemn. v. 542. ἔρως πατροφῆς τῆςδε γῆς σ' ἐγύμνασεν. Caeterum γεγυμνάκασιν vulgata[m] retinuit Dindorfius, anlistrophicum corrigens, egoque cum secutus sum, quam et trimeter inter hos numeros aptus sit, neque, si hoc est, γεγυμνάκασ' dura apocope mutilandum videatur.

V. 593. τοὺς — δρόμους accusativus regitur a γυμνάζεται, ut supra v. 563. ποιῶς ὀλέκει. Vide quae ibi adnotavimus. H. l. plenius dicendum erat: τοὺς δρόμους ποιοῦσα γυμνάζεται, exercetur eo, quod facit hos errores praelongos.

V. 595. πόθεν ἀπύεις, *unde pronuntias*, i. e. unde cognovisti ut pronuntiare possis. Miratur puella, quis sit ille, quem nunquam viderat, et qui ejus originem tam bene sciebat et fortunam.

V. 597. ᾧδ' ἐτήτυμα i. e. οὕτως ἀληθῶς. προσθροεῖς, προσφθέγγη Schol. B.

V. 599. θεόσυτον νόσον pertinet ad ea, quae Prometheus dixerat; nominavit enim ille puellam οἰατροδίνητον et exposuit, unde inciderit in iram Junonis et furorem, quo agitur. Schol. B. explicat: θεόθεν ἀπὸ τῆς Ἥρας ὀρμωμένην.

V. 601. Post κέντροις excidiisse iambum indicat strophæ, quapropter αἰεὶ addidi. φοιταλέοισιν cum Hermanno credo secundam syllabam semper corripere, ut omnes voces, quarum terminatio est in αλεος, v. e. δειμάλεος, ἀργάλεος, κερδάλεος, αἰθάλεος, νηφάλεος, alia. ἣ δὲ ἀλ συλλαβὴ ἐπλεόνασε διὰ τὴν λειότητα φωνῆς· ὅπερ ἐν τε ὀνόμασι γίνεται τοῖς διὰ τοῦ αλεος Eust. ad Il. VII, p. 672, 3. Cf. Etym. M. p. 261, 54. φοιτάλεος· παράκοπος, μανιώδης Hesych. φοιτᾷ· βαδίζει,

μαίνεται Id. Haec vox derivanda est a *φοίτη*, *furor*, estque *furibundus*. Morbo tribuuntur *κέντρα*, *stimuli*, quibus ad cursum excitatur puella in vaccam mutata. Hujus enim fugae imago desumpta est ab equo, qui vi atque stimulis ab atiquo instigatur. Ad eam allegoriam quadrant singula verba: *κέντροις*, *σκιρτημάτων*, *νήστισιν αἰκίαις*, *δαμείσα*. *Tabefacit me pungens stimulis semper furialibus*.

V. 602. sqq. ἐν μάλιστα δὲ σκιρτημάτων, τῶν ἀπὸ τοῦ οἴστρου κινήσεων καὶ πλανῶν, νήστισιν ἤγουν ποιούσαις ἐμὲ ἀσιτεῖν, παρεγεγόμενῃ λαβρόσυτος καὶ ταχέα καὶ ἄγαν ὀρμητικῇ, δαμασθεῖσα μήδεσι καὶ βουλευμασὶ τῆς Ἥρας ἐπικότοις καὶ ὀργίλοις καὶ μανικοῖς. Schol. A.

V. 605. δυσδαιμόνων δὲ τίνες οἷ i. e. τίνες δὲ δυσδαίμονες εἰσιν, οἷ. Male Schuetzius hoc de Prometheo intelligit; loquitur enim de se puella, seque omnium infelicissimam arbitratur.

V. 609. Neque τί με χεῖρ satis apte leguntur, illud metrum offendit, hoc sensum, quum ad τί μὴ χεῖρ si intelligimus παθεῖν aliquid absurdi dicatur; neque enim interrogabit (quamquam Graeci solent contrarium addere magis perspicuitatis quam necessitatis caussa) puella: *quid sibi non accadat*. Sin denique τί μοι χεῖρ e nonnullis codd. recipimus, mutila est oratio. Quare verum vidisse puto Elmslejum et Dindorfium.

V. 610. εἴπερ οἶσθα, hoc propterea addit puella, quia nondum sciebat, quis esset, quem interrogaret.

V. 612. ὃ τι vulgata propter metrum recte in ὅπερ mutata est ab editoribus. Sic infra v. 644. πᾶν ὅπερ προσχερῆζε.

V. 615. πυρὸς βροτοῖς δοτῆρα. „Verbalia eundem regunt casum, quem verba transitiva, unde de-

rivantur. Demosth. Phil. I.: ἀλλ' οἱ μὲν ἐχθροὶ κατα-  
 γελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους  
 ἀποστόλους, ubi quidam legunt πῶν τοιούτων ἀποστόλων,  
 sed idem est, αὖτε τεθνᾶσι τῷ δεδιέναι τοὺς τοιούτους ἀπο-  
 στόλους. Vid. Aeschyl. Sept. Theb. v. 295. et Obq.  
 Misc. crit. Vol. 8. t. 3. p. 345.“ G1AC.

V. 616. „Blandum est alloquium, et Prometheo  
 recreando idoneum; audit enim beneficiorum suorum  
 famam inter homines percrebruisse.“ SCHUETZ.

V. 618. ἄρμοι responds Latino: *commodum*;  
 ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀρμάτων ait Schol. B. „modo, nuper,  
 ἀρτίως Hesych. Erotian. ἀρμῶ· ἡσυχῇ, μικρῶς. ὥς καὶ  
 Φερεκράτης ἐν Μεταλλοῦσιν. Syracusanam esse vocem  
 ex Heraclide tradit Eustath. ad Il. I, p. 140, 13. quicum  
 sentit Valcken. in Epist. ad Rover. p. 49. quia ejusdem  
 analogiae est, cujus sunt dictiones Syracusanae, certe  
 Doricae, ἐνδοῖ, ἐξοῖ, πεδοῖ. ἄρμοι an ἀρμοῖ scribendum  
 sit, inter grammaticos non convenit; sed plerumque  
 δασύνεται, teste Schol. Venet. ad Il. I, 486. Caeterum  
 conferas Soph. Aj. v. 799. ἀρτίως πεπαυμένην πόνων  
 ἀτρίτων.“ BLOMF. Cf. Hartung, in libro: *Ueber die  
 Casus*, p. 196.

V. 624. τοσοῦτον, ὅσον εἴρηκα Schol. B. ἀρχῶ  
 σοι, *sufficio tibi*, dictum est pro ἀρχεῖ σοι, eo tamen  
 discrimine, ut per ἀρχῶ indicetur et Prometheo et pu-  
 ellae satis esse, quae dicta sint.

V. 625 — 626. Construe: καὶ πρὸς γε τούτοις δεῖ-  
 ξον, τίς χρόνος ἔσται τέρμα τῆς ἐμῆς πλάνης τῇ τάλαι-  
 πώρῳ. Sententia est: *esto hoc quidem, sed ad ea,*  
*quae exposuisti, etiam indica, quod tempus finis erit*  
*meorum errorum.*

V. 629. *μεγαίρω* — *δωρήματος, φθονῶ σοι τοῦ εἰπεῖν σοι τοῦτο* Schol. B.

V. 630. *τί δῆτα μέλλεις, τί οὖν ἀναβάλλῃ, ἔπει οὐ φθονεῖς, ὥς λέγεις*; Id.

V. 631. *φθόνος μὲν οὐδεὶς, τοῦτο λέγειν*. Id. *ὀκνῶ θραῶξαι, ἀναβάλλομαι ταράξαι*. Id.

V. 632. *προκήδου μᾶσσον ὥς ἐμοὶ γλυκύν*. Cf. Matth. Gr. Gr. m. §. 56. p. 166. §. 450. N. z. p. 1014. ὥς post comparativum pro ἢ dictum esse, mirati sunt. Nos quidem Germanici vulgo *wie* dicimus pro *als* post comparisonem, sed an hoc ad Graecos pertineat, nullis prolatis exemplis, dubitare debemus. Quocirca alii viri docti ἢ ὥς, quod aliquot libri exhibent, per synicesin dictum scribere voluerunt, alii explicatione Scholiastae B., qui post *μᾶσσον* supplet ἢ δεῖ et post *γλυκύν*: *τοῦτο μαθεῖν*, probata interpungi jussurunt: *μή μου προκήδου μᾶσσον ὥς ἐμοὶ γλυκύν*, ut ὥς nam significet. Quam interpunctionem ego non probō, quum orationem valde languidam reddat. Elmslejus conjecit: *μασσόνως ἢ ᾽μοὶ γλυκύν*, novo adverbio secundum analogiam non male ficto; verum mihi haec corrigendi ratio audacissima videtur, neque quidquam prae se fert illa conjectura, qua ejus fides probetur. Cum illis Codd. scribere: *μᾶσσον ἢ ὥς ἐμοὶ*, fateor durum esse, quamquam, qui hodie scribunt, linguam tam negligenter tractant, ut multa, quae longe minus ferenda sunt, admittant. Verum vidit, ut opinor, olim Hermannus, quum ὥς (ad Vig. p. 720.) explicaret οὕτως ὥς ἐμοὶ *γλυκύν* ἐστι, quae explicatio simplicissima est atque cuique in mentem venit, qui, dum legit, non eo animo legit, ut scriptorem corrigat. Nos dicimus: *Sorge für mich nicht staerker, so wie ich selbst wuensche*,

vel: *stærker in dem Grade, wie ich selbst wuensche.*  
 Nolim Hermannus ab ista sua interpretatione discedat.  
 Exempla, quae prorsus huc facere videntur, affert Matth.  
 p. 1018., ubi duas constructiones in unam conflatas  
 esse putat. Plät. Apol. S. p. 36. D. δὲ ἐσθ', ὃ τι  
 μᾶλλον πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν Πρωτα-  
 νείῳ σιτεῖσθαι. Lysias p. 109, 21. ἡγούμενος μᾶλλον  
 λέγεσθαι ὥς μοι προσῆκεν.

V. 634. Schuetzius: Quod h. l. Chorus Promethei  
 narrationem interpellat, et Jus de caussis morbi sui  
 narrationem exposcit, non solum ab ejus curiositate  
 alienum non est, sed etiam ad variandum dialogi cur-  
 sum utile, ne forte eadem persona diutius sermocinante  
 auditoris attentio languesceret.

V. 668. ὑπουργεῖν τινὶ τι est *aliquid in alicujus  
 gratiam facere*; itaque sensus est: *tuum est* (σὸν ἔρ-  
 γον ἐστίν), *illis morem gerere et gratiam praestare,*  
*quam abs te petunt.* Eur. Alcest. 857. Ἀδμήτω θ'  
 ὑπουργῆσαι χάριν. Herodot. VIII, 143. χρηστὰ ὑπουργεῖν.

V. 639. ἄλλως τε πάντως καὶ, *quum ab aliā  
 tum quia.* ὅτι δεῖ πείθεσθαι τοῖς κελεύουσι ἢ μὴ βᾶρος  
 προσφέρει. τὸ δὲ κασιγνήταις πατρὸς λέγειν; ἐπειδὴ αὐ-  
 ται μὲν Νηρηίδες ἦσαν, ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς Ἰναχὸς πότα-  
 mos Ἀργούς. Schol. B. „Inachus Jus pater, sicut omni-  
 no flumina reliqua, Oceani et Tethyos filius erat. Cf.  
 Hesiod. Theog. v. 336. sqq.“ SCHUETZ.

V. 640 — 642. Sententia est: *Nam deflere et de-  
 plorare sortem suam ibi, ubi quis est impetraturus  
 lacrimam ab audientibus, operae pretium est.* ἀξίαν  
 τριβὴν ἔχει proprie est *dignam commorationem ha-*  
*bet*, i. e. dignum est, in quo commoremur. εἰς ὃ  
 πρᾶγμα τοὺς συναλγήσοντας ἔξει τις, εἰ διατρέφει διη-

γασόμενος, τοῦτο οὐκ εἰς κενὸν, ἀλλ' ἢ διατριβὴ ἔσται.  
Schol. B.

V. 643. ἀπιστῆσαι τινι est proprie *fidem alienam non habere*, i. e. non gerere morem, ἀπειθεῖν τινί.

V. 644. προσχρήσετε. Praepositio πρὸς ad χρήσετε propterea addita est, quod Chorus aliquid aliud poterat. Infra v. 789. πᾶν ὅσον προσχρήσετε.

V. 645. αἰσχύνομαι cum Schuetzio et Blomfeldo recepi, quia hoc verbum optime convenit virgini, quum enarratura est, unde factum sit, ut in deorum iram incideret atque in vaccam mutaretur. Pudebat enim castam virginem, ut ait Schuetzcius, stupri sibi a Jove intentati mentionem facere.

V. 646 — 647. θεόσσυτον χεῖμα, τὴν ἐκ τῆς Ἥρας ὀρηθεῖσαν δυστυχίαν. Schol. B. διαφθορὰν μορφῆς, τὴν ἀλλοίωσιν τῆς ἐμῆς μορφῆς. Schol. A. ὅθεν, ἀφ' ἧς αἰτίας. Schol. B. Constructio verborum est: καίτοι καὶ αἰσχύνομαι λέγουσα, ὅθεν ὁ θεόσσυτος χεῖμων καὶ ἡ διαφθορὰ μορφῆς προσέπτατό μοι σχετῆς;

προσέπτατο, ἐπῆλθε Schol. B. Comparant supra v. 115. ὁδμά με προσέπτα. v. 554. μέλος προσέπτα μοι. Soph. Aj. v. 283. ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο. Eur. Alcest. v. 421. ἄφνω κακὸν προσέπτατο. Herodot. IX, 99. φήμη ἰοῦσί σφι ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον πᾶν. Ibid. 100. ἡ κλήδων αὕτη σφι ἐσέπτατο.

V. 648. πωλεύμεναι ex Cod. Reg. C. Homericam enim forma quum dictum sit εὔμεναι, credibile est, ipsam vocem Homericam eamque magis poeticam ab Aeschyllo positam fuisse. V. Odyss. IV, 384. IX, 189. et saepius.

V. 649. „παρθενῶν locus est, in editiore aedium parte, ubi seorsim a viris debebant virgines. Moschus

de Europa: ὑπαροφλοῖσιν ἐνὶ κνώσσουσα δόμοισιν. Idem  
θάλαμος, unde παρθένος ἐκ θαλάμου ἢ μήπω γημαρμένη.“  
STANL.

V. 651. Comparant Eur. Alcest. v. 1092. τί δ’;  
οὐ γαμεῖς γάρ, ἀλλὰ χηρεύεις μόνη; Virg. Aen. IV, 32.  
*Solane perpetua moerens carpere iuventa?*

V. 652 — 653. ἰμέρου βέλει τέθαπται. Pro-  
prie dicendum fuit: ἰμέρου βέλει τέτρωται, vel simili  
verbo. At Graeci poetae saepissime, neglecta meta-  
phora, verbo utuntur, quod vel aliam imaginem exhi-  
bet vel simplicem sensum exprimit. Nam quod vulgo  
tradunt, metaphoram non violandam esse, regula est,  
quae multas exceptiones admittit. Poetae conceditur,  
ut orationem exornet, utcumque ei gratum videtur;  
quare Pindarum potissimum, qui sublimiore et audaciore  
sermonis genere usus est, saepius quam alios videmus  
ab hoc praecepto recessisse. Id autem propterea tradi-  
tum esse videtur, ut, qui imaginem adhibeat, eam quam  
perfectissime illustret, neque, si nolit metaphoram ac-  
curate persequi, scribenti accidat, ut inepta voce uta-  
tur. Nam summopere cavendum est, ne, si quis ne-  
gligat metaphoram, ab ea decedens ridiculus fiat. H. l.  
aptissime dictum est: βέλει τέθαπται, quum de amoris  
telo sermo sit, per quod amantium animi inflammantur.

V. 653. ξυναιρεσθαι Κύπριν, συνουσιάζειν  
Schol. A. Proprie significat haec phrasis: *Venerem  
sibi vindicare*, h. e. Venere frui velle.

V. 654. ἀπολακτίσης, ἀπορρίψης, ἀτιμάσης Schol.  
B. Schuetzius: Metaphora ab equo calcibus, quae sibi  
nocitura videntur, repellente petita graviter et ornate  
repulsam pertinacem et ignominiosam designat. ὥς ἀπὸ  
τῶν ἀλόγων ζώων Schol. A.

V. 655—656. βαθὺν λειμῶνα male Schuetzium interpretatum esse *pratium in valle depresso*, et significare potius *fertilem campum* exemplis demonstravit Blomfieldus. Aesch. Sept. Theb. τὰν βαθύχθον' αἶαν, ubi Schol. A. explicat per εὐγειον. Eur. Phoen. v. 657. γῦας βαθυσπόρους. Androm. v. 635. βαθεῖαν γῆν, cui opponi ille ait τὸ λεπτογέων apud Thueyd. I, 2. Cf. Etym. M. p. 191, 8. Ἐπιχάρμος βάσσον χωρίον, ἀντὶ τοῦ βαθύτερον, εὐγειον.

V. 657. τὸ θεῖον — πόθον, „ut Jovis, oculus desiderium deponat, h. e. ut ei satisfiat. Oculi enim sunt in amore duces. Inde Hesychia: ὀμματίας πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὀρᾶν ἀλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ τοῦ γὰρ ἐσοῦν γίνεται ἀνθρώποις ἔρᾶν. Amoris etiam sedes. *Crescit enim assidue spectando cura puellae*, Propert. III, 21. STANL. Cf. Matth. Gr. Gr. m. §. 430. h. k. p. 965. Praeterea comparant Aesch. Suppl. v. 1010. Soph. Trach. v. 557. Eur. Hipp. v. 527. et Ovid. Met. I, 589. sqq., ubi Jupiter ipse, quae hic per somnium indicantur, puellae profitetur his verbis:

Viderat a patrio redeuntem Jupiter Jove  
Flumine, et, O virgo Jove digna tuoque beatum  
Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras  
Altorum nemorum (et nemorum monstraverat umbras),  
Dum calet, et medio sol est altissimus orbe.  
Quod si sola times latebras intrare ferarum,  
Praeside tuta deo nemorum secreta subibis,  
Nec de plebe deo, sed qui caelestia magna  
Sceptra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.  
Ne fuge me.

V. 660. Schol. B. ὑπέμεινα ἐγὼ εἰπεῖν τὰ ἐν τῇ νυκτὶ ἐπερχόμενά μοι.

V. 661. Πυθὼ — Δωδώνης, Anachronismum a



poeta admissum esse, notavit Schol. A., quum Promethei temporibus illa oracula nondum exstiterint. Ejus verba sunt: ἀναχρονισμός· οὕτω γὰρ ἦν τὸ μαντεῖον.

V. 662. θεοπρόπους, θεοπρόπος οὐ μόνον ὁ μάντις, ἀλλὰ καὶ ὁ πεμπόμενος δέχεσθαι παρὰ θεῶν χρησμούς. Schol. B. Ἰαλλεν, ἔπεμπεν Id. Sententia est: *multos diversis temporibus legatos misit, qui referrent Apollo-nis Jovisque vaticinia*, quod v. 664. dicitur ἀναγγέλλειν.

V. 664—665. αἰολοστόμους, ποικίλους, δυσκρί-τους. τὸ ἀσήμους καὶ δυσκρίτως εἰρηστούς ἐρμενεύει ἡ πρός τὸ αἰολοστόμους. Schol. B. Compares Lycoph. 3. 4. οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη ἔλυσε χρησμάτων, ὥς πρὶν, ἄλλων στόμα.

V. 669. ἄφρετον, ἐλεύθερον Schol. B. ἀπόλυτον Schol. A. ἄφρετος de animalibus dictum esse, quae, in templorum usum a caeteris segregata, libere vagari possent, notavit Blomfieldus, laudans Hesych. Ἄφρετοι οἱ ἱεροβοάι.

V. 675. Διὸς χαλινὸς, κατὰ περιφρασιν αὐτὸς ὁ Ζεὺς, τὸ βούλημα τοῦ Διὸς Schol. A. Cf. Agamemnon. v. 226. ἀνάγκης λέπαδνον.

V. 676. μορφὴ—διάστροφοι. Cf. Soph. Aj. v. 447. ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι γνώμης ἀπῆξαν τῆς ἐμῆς. διάστροφοι ἦσαν, διεστραμμένοι ἐγένοντο Schol. B.

V. 678. μύωψ· μυῖα τις ἐρεθίζουσα τὰς βοῦς. Suid. et Phot. Bene monuit Schuetzius, κεράστις ad μορφῆς διαστροφὴν et ὀξύστομος μύωψ ad φρενῶν διαστροφὴν referendam esse.

V. 679. εὐποτον—ῥέος. „Cum Heathio vel de ignobili quodam rivo Cenchream vicum praeterlabente, cognomine fortasse, vel, quod magis placet, de Erasino fluvio intelligendum puto. εὐποτον ῥέος est, cujus aquae

suaviter bibuntur. Simile est καλλιρροόν. Idem v. 814. "SCHUETZ. Schol. A. πρὸς τὸν ῥοῦν τῆς Κέλης, ἥτις κρήνη ἐστὶν Ἀργούς, καὶ πρὸς τὴν Λέρην τῆς πηγῇν. Cujus sententiam de fonte Argivo refutavit Pauw.

V. 680. Λέρνης ἄκρην τε. Canteri conjectura Λέρνης τε κρήνην, quam Blomfieldus recepit, oratio facta est magis concinna, neque negandum est, eam firmari per Schol. A. κρήνην τε conj. Scalig. ap. Valek. fr. Callim. Eleg. p. 130. ed. Lips. ἄδρην τε sc. γῆν Pauw., quae conjecturae supra commemorandae erant; quamquam in scriptis sunt. Libri habent ἄκρην, ἄκραν, ἄκρον. Videtur omnino legendum esse una mutata littera Λέρνης ἀγρόν τε, ut supra v. 655. πρὸς Λέρνης βαθύν λειμῶνα, ποιμένας βουστάσεις τε πρὸς πατρὸς accuratius descripta est haec regio. Et vero in Lerna Argiva nihil fuisse, quod ἄκρον dici posset, recte adnotavit de Pauw.

V. 681. ἄκρατος ὀργήν. ἄκρατος dicitur οἶνος, cui aqua non admista est, unde fervet; ad iram translata haec vox significat *intemperantiam*. ὁ πολὺς καὶ ἀκράτητος κατὰ τὴν ὀργήν Schol. B. Argum propterea sic dictum esse, quod nimis morosus esset observator, adnotavit Schuetzius, conferens cum nostro loco illud Ovidii: *Constiterat quocunque modo, spectabat ad Jo, Ante oculos Jo, quamvis aversus habebat*. Et Valer. Flacc. Argon. IV, 351. sqq. πυκνοῖς, v. ad v. 568.

V. 683. sqq. Blomfieldus comparat Thucyd. II, 61. δουλοῖ γὰρ τὸ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον. Haec duo epitheta significant, hoc et praeter opinionem et subito accidisce, ut ille vita privaretur. Fabulam ipsam, qua Mercurius eum occidisce fertur, praeterit Jo, quia longum erat enarrare.

V. 684 — 685. „*Ego vero furore percita divino flagro de terra in terram agitor.* Iterum allegoriae tenor praeclare servatus. μάστιξ θεία de divinitus immisso furore, ut antea θεόσντος νόσος, κέντροισι φοιταλλοῖσι μαραινουσα v. 559.“ SCHUETZ. γῆν πρὸ γῆς solemnis est formula. Suid. v. Διαξάλειν. Ἄλλ’ εἶασεν αὐτὸν γῆν πρὸ γῆς ἀπιέναι. v. Ἴτω. Ἄλλ’ ἴτω, χαιρέτω, γῆν πρὸ γῆς, ὅποι βούλοιο. v. Πρὸ γῆς. Ἐγὼ δὲ φεύγω γῆν πρὸ γῆς, φοβούμενος τὸν ἄχρῳν δεσπότην, ὃ μᾶλλον ἵππων ἢ ἀνθρώπων μέλει.

V. 688. ξύνθαλπε — ψευδέσιν. ξυνθάλλειν est *demulcere*. Sententia est: *noli me fallere blandis dictis, misericordia ductus.* „Latini alia metaphora idem reddunt *falsa spe animum lactare*; iidem tamen etiam *calere spe animos et exardescere ad spem* dixerunt.“ SCHUETZ.

V. 689. συνθέτους λόγους, τοὺς ψευδεῖς Schol. B. Proprie: *composita verba*, ut Latini quoque loquuntur; v. Sallust. B. Jug. 85. *Fuit vera colloqui, non composita dicta*, i. e. simulata, ficta. Cf. Eurip. Phoen. v. 460. ἀπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφν.

V. 690. ἄπεχε sc. *has res enarrare, quippe quae nimis terribiles audientibus sunt*; i. q. ἔπεχε, quod Abreschius conjecit, *desiste*, σιώπα Schol. A. Infra v. 699. ἐπίσχες ἔς τ’ ἂν — *προσμάθης*.

V. 691. ηὔχουν. ἀνχέω proprie est *gloriarī, cum confidentia loqui*, deinde i. q. *persuasum esse, opinari*, ut supra v. 338. ἀνχῶ γὰρ ἀνχῶ. — ξένους λόγους intellige *verba nova et inaudita*, quibus qui audiunt vel in terrorem vel admirationem conjiciuntur. ἄλλοτρίους Schol. B.

V. 695. ἀμφήκει κέντρῳ, *ancipiti stimulo*, ἀμ-

φοτέρωθεν πλήττοντι Schol. B. "Ἀμφηκες δὲ, ἐξ ἑκατέρου μέρους ἠκονημένον βέλος· ἢ κεραυνὸς, ἢ ξίφος. Hesych. Soph. Aj. v. 286. ἄμφηκες λαβὼν ἔγχος. Noster infra v. 1046. πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος. Stimulus h. l. dicitur *hipennis*, quia summa mala exponuntur, quae animum Chori tam vehementer tangunt, ut vulnera ab ancipiti ferro, quod acutissimum est, accepisse sibi videatur.

ψύχειν ψυχάν. ψύχειν est *spirare*, unde ψυχὴ *animam* notat a spirando. Deinde significat ψύχειν *per spiritum aliquid frigidum facere, frigesacere aliquid*, ut loquitur Plaut. Pseudol. IV, 7, 117. *Mihi quoque aedepol jamdudum ille Syrus cor perfrigesacit*, i. e. ψυχὴν ψύχει, ut nostro loco. Nam qui quid horrible audiunt, frigore quodam corripi solent.

V. 697. πρᾶξιν a πράσσειν, *in aliquo statu versari*, vel εὖ vel κακῶς πράσσειν. Est igitur πρᾶξις i. q. *fortuna, sors*.

V. 700. Schuetzius: Si Chorus reliquorum Jus infortuniorum enarrationem non alio consilio quam audiendi cupiditate flagitasset, curiosior utique quam humanior videri debuisset. Itaque tempestive his verbis in memoriam ei revocat ipsam Jus petitionem v. 686. sqq. prolatam, dumque gratum esse aegrotis, ecquid supersit dolorum, audire pronuntiat, simul se non sua magis quam Jus caussa narrationem hanc exposcere declarat.

V. 702. χρεῖαν, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς Ἰοῦς Schol. B. χρεῖα proprie significat *usum*, deinde *rem*, quae nobis in usu est et quam in usu habere volumus, i. q. *postulatum*. ἡνύσασθ', *vobis perfecistis*, i. e. consequuti estis, impetrastis. ἐτελειώσατε ὅσον παρ' ἐμοῦ Schol. B. Id Chorum facile ab ipso impetrasse ait Pro-

methens, quum labor hujus rei in eo solo positus esset, ut Jo ad narranda fata permoveret.

V. 708. θυμῷ βάλλ', ἐν τῷ σῶ λογισμῷ βάλε Schol. B. *injice in animum tuum, conde animo tuo.* Caeterum omnino legentibus observandum est, hanc Jus errorum enarrationem non ad geographicas tabulas exigendam esse, quum poetae consilium non esset, ut geographiam, illis temporibus obscuram, homines doceret, sed ut voluptati legentium ea inservirent, quae secundum fabulas narrasset.

V. 710. ἀνηρότους γύας, *inartata juga*, h. e. vastas terras. Scythae quia νομάδες, *pastores*, erant, neque agros ut cives colebant neque stabilia domicilia habebant. Pabulum quum deesset gregibus, sedem transmutabant.

V. 711. πλεκτὰς στέγας, *πεπλεγμένας οἰκίας*. Schol. B.

V. 712. πεδάρσιοι, ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαιρόμενοι καὶ ὑψούμενοι. Schol. A. ἐν πεδίῳ αἰρόμενοι. Schol. B.

ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις, *καλοὺς τροχοὺς ἔχουσιν ἐν τοῖς ἄρμασι* Schol. B. καὶ γὰρ ἐπάνω αἰμαξῶν (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις) τὰς σκηνὰς ἐαυτῶν οἱ Σκύθαι ποιοῦνται. Schol. A. Blomfieldus laudat Hippocrat. de Aer. et Aq. 93. Νομάδες δὲ καλεῦνται (οἱ Σκύθαι), ὅτι οὐκ ἔστι σφι οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἀμάξῃσι οἰκεῦνται. αἱ δὲ ἄμαξαι εἰσιν, αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκνηλοι, αἱ δὲ ἑξάκνηλοι.

V. 713. τόξοισιν ἐξηρτημένοι. „Utitur hoc loco Thomas Mag. probaturus verbum non modo regere secundum, sed et tertium casum. Deinde ea subnectit exempla quarti casus, quae facile prodant, minus e exploratam fuisse vocis indolem, de qua sic habeto :

ab ἄρω *apto*, *coagmento*, *apparo*, *instruo*, foecunda, si quae alia, derivatorum radice, proxime succreverunt ἀρτάω, ἀρτέω, ἀρτίζω, et ἀρτύω. Horum tria postrema generalem illam sequuntur apparandi notionem. Τῷ ἀρτύω vero insuper adhaesit Specialis, ut de apparatu usurpetur circa cibos, qui ut sint durando, et reponi possint, adaptantur, quomodo de aliis rebus ἄρω adhibuit Hesiod. in *Egy.* v. 610. ubi vid. Graev. Hinc notat *condo* et *condio*. At τῷ ἀρτάω nihil obligit, praeter illud apparandi aptandique genus, quod absolvitur, appendendo quidpiam corporibus, unde perpetuo ferme notat *pendo*, *appendo*, tam proprie quam tropice. Quia autem varium in usum varia solent appendi, hinc de armis si sermo sit, valet *armare*, si ad ornatum pertineat, *ornare*. Hesych. ἐξηρτημένοι, κεκοσμημένοι. Haec verbi indoles, quam sequendo sponte se sistit structurae ratio, quae dictat perinde esse sive dicas, ἐξαρτῶ ἔμαντῷ τόξα, sive ἐμὲ τόξοις, et in voce passiva s. media (nam eodem plane res recidit): ἐγὼ ἐξαρτῶμαι τόξα et τόξοις. Hoc tam. est perspicuum graece scienti, ut exemplis demonstrari non egeat. At regiminis cum altero casu alia est et diversa ratio, ex quo si locutus fuisset Aeschylus, ἐξηρτημένοι τόξων foret, *sagittariae dedi ti*, *sagittandi studiosi*. Quo pertinent verba Synesii, quae ex Epist. XX. affert Thomas, διαφερόντως δὲ τοὺς ἡμετέρους γονέας ἐξήρτητο — τῇ σπουδῇ —, i. e. ἐξ ἑαυτοῦ ἥρτητο τοὺς —, et ponitur active, nec quicquam simile habet locus alter ex Epist. III, χρυσία καὶ λίθους ἐξήρτητό τε καὶ περιέκειτο. Ubi eodem modo quo noster scribere poterat χρυσοῖς καὶ λίθοις. Id quod discernere nequivit Magister. Sed scilicet non sapit homo supra triviares grammaticorum canonas, et ubi iudicio

decidenda res venit, saepissime fallitque et fallitur. Caeterum nec illud ex iis quae disputavimus obscurum est, etsi quidem aequae recte ἐξηρητισμένοι, et ἐξηρητυμένοι in loco praesenti obtinere posset, hoc tantum discrimine, quod ἐξηρητημένοι ex verbi usu propius et convenientius rei, de qua est sermo, sic vicissim ἐξηρητημένοι ob usum restrictum non convenire loco Herodoti lib. I. c. 43. ἐξηρητυμένοι λογάσι τε καὶ κυσὶ et quod alibi habet σίτω ἐξηρητυμένοι. Nisi sint, qui ostendere valeant, ampliores esse τοῦ ἐξαρητῶν fines, quam nos novimus.“ ABRESCH.

V. 714 — 715. ἀλιστόνοις — ραχίαισιν. Κυρίως δὲ πᾶς ὁ πετρώδης αἰγιαλὸς ραχία καλεῖται. Etym. M. p. 702, 51. Ῥαχίαν· οἱ Ἀττικοὶ τὴν ἀκτὴν. καὶ τὸν τόπον αὐτὸν, ᾧ προσαράττει τὸ κύμα. Θουκυδίδης (IV, 10.) οὕτως· οἱ δὲ Ἴωνες τὴν ἄμπωτιν, τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης. Suid. ἀλιστόνοις, ταῖς ὑπὸ τῆς ἑλὸς στεναζούσαις καὶ ἡχούσαις. Schol. A. -χρίμπτουσα, πλησιάζουσα. Schol. B. Litus premere pede jubetur Jo, i. e. *a litore non discedere.*

V. 716. λαιᾶς χειρὸς, ἐπὶ τῆς ἀριστεράς Schol. B. De hoc genitivo v. Matth. Gr. Gr. m. §. 377. 1. p. 857.

V. 718. πρόσπλαστοι, προσπελαστοὶ Schol. A. πρόσπλαστος est *inaccessus*, *is qui adiri non potest.* Eodem modo δυσπέλαστος dicitur.

V. 719. Ῥβριστὴν — οὐ ψευδώνυμον. Dindorfius quoque Ῥβριστὴν in Corrigendis et Blomfieldus in Glossario litera majuscula scribi jusserunt; videtur enim fluvius ipse Ῥβριστῆς dictus esse, ut verba οὐ ψευδώνυμον probant. V. quae adnotavimus ad interpretationem Germ. p. 75. Araxem intelligit Schol. A. Rectius tamen Schol. B. adnotat: ὃς (πόταμος) διὰ τὸ

ἐξάγεσθαι τῶν ὄρων καὶ κατακλύζειν τα παρατυχόντα οὕτω καλεῖται. Τρισηπτάτης διὰ τὸ τὰ πέριξ ὀλλύειν καὶ διαφθεῖρειν, ἀτάκτῳ φορᾷ, ὅθεν καὶ τὴν ἐπανομιάν ἀληθῶς ἔσχεν Ἀραξίς, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ἀράσσω τὸ πλήττω γίνεται.

V. 721. Corrige ὄρων. Pronomen αὐτὸν significat in Caucasi vicinia affixum fuisse Prometheum, atque Jo juberi *ad montem ipsum* accedere. Itaque non pars Caucasi cum Schol. A. intelligenda est, quamquam hi montes omnes ad Caucasum pertinere videntur, qui inter eos est altissimus. Additum enim est: ὄρων ὑψιστον.

V. 722 — 723. ἔνθα — αὐτῶν. „Ubi fluvius ille Hybristes robur suum effundit, h. e. cum magna vi prorumpit, e jugis montis editioribus. Ut in capite humano *tempora* haud procul absunt a vertice, sic h. l. κρόταφοι montis appellantur latera non multum a summitate ejus remota. Magnum ejusmodi translationum, quibus regionum et locorum situs cum positione membrorum humanorum comparantur, numerum collegit Eustath. ad Il. II, p. 233. 234. edit. Bas.“ SCHUETZ. ἐκφυσᾷ μένος, ἐξάγει τὴν ὁρμὴν τοῦ ρεύματος Schol. B. κροτάφων ἀπ' αὐτῶν, τῶν ὀφρυῶν τοῦ Κανκάσου. Id.

V. 724. ἀστρογείτονας κορυφὰς, τὰς μέχρις ἀστέρων διηκούσας κορυφὰς τοῦ Κανκάσου. Schol. B. ὑπερβάλλουσιν, ὑπερβᾶσαν Id. Comparant Serv. in Virg. Ecl. VI. *hic autem mons (Caucasus) positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus*. Cic. Somn. Scip. *Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum aut cujusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem tranare?*



V. 726. *στρυγάνορα*, τὸν τοὺς ἄνδρας στρυγοῦντα  
Schol. B. *Infra* v. 900. *ἀστεργάνορα παρθενίαν*. Θε-  
μίσκυραν, Cappadociae urbem, πόλιν Σκυθίας vocat  
Schol. B. Ibi fluvius *Thermadon*.

V. 727. *Ἰνα* i. e. *quibus fere in regionibus*.

V. 728 — 729. *Σαλμυδησία γνάθος πόντου*,  
„sunt *fauces* Propontidis, per quas in pontum Euxi-  
num aditus est, alias Bosporus Thracius, item *σιόμα*  
*Πόντου*; ubi erat Salmydessus; et quia hoc litus erat  
saxosum et importuosum, et propter brevity *navibus*  
*periculosum* (cf. Strab. VII, p. 319. C. ed. Casaub.)  
*τραχεῖα γνάθος* et *ἐχθρόξενος ναύταισι*, *inhospitalis*  
*navitis*, et *μητροιὰ νεῶν*, *noverca navium*, nominatur.  
Vid. quem opportune laudat Abreschius, Xenoph. Exp.  
Cyr. VII, 5, 8. SCHUETZ, *γνάθος* proprie est *ma-*  
*xilla*, deinde transfertur *ad omne*, quod *acutum est*,  
et quo aliquid sauciat, corroditur, transfigitur. Cf.  
supra v. 64. et ad v. 368. Blomfieldus ad *μητροιὰ*  
commemorat Eustath. ad Il. V, p. 560, 19. *ἦτοι ἐχθρὰ*  
*καὶ ὀλέθριος*.

V. 731 — 733. *Ἰσθμόν Κιμμερικόν ἐπὶ αὐ-*  
*ταῖς πύλαις λίμνης*, intellige *Isthmum Cimmericum*,  
*qui proxime adjacet angusto freto paludis*, sc. Maeo-  
tidis, ut recte Schol. B. supplet. Schol. A. haec adno-  
tat: τοὺς Κιμμερίους οἱ πολλοὶ ἔθνος φασὶν ὑπάρχειν περὶ  
τὸν Ταῦρον τὸν Σκυθικὸν καὶ τὴν Μαιώτιν λίμνην· οἵπερ  
ἐφορτιστοὶ εἰσιν, ἥλιον οὐχ ὀρῶντες, ἐν σκότῳ δὲ διάγου-  
σιν ὥς ἐν γε νυκτί. Ἄλλως. τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον  
φησιν, ὃς ἐστὶ πλήρωμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Hodie  
haec palus vocatur *mare Asowicum*. — *Θρασυσπλάγ-*  
*χνως*, *θαρσαλέως*, Schol. B.

*αὐλῶνα*. *αὐλὸν* ab *αὐλός*, quod est *tibia* vel *ca-*

*nalis*, significat *locum depressum inter duos montes*, convallis. Ubi αὐλῶν de mari dicitur, est *fretum angustum inter duo litora*. Sic Soph. Trachin. v. 101. ποντίους αὐλῶνας. *Hoc fretum te oportet tranare.*

V. 735. ἐπώνυμος, σοῦ τῆς βοός. Schol. B. Blomfieldus: Aeschylus *Bosporum Cimmericum* innuit; Scholiasta vero Apollon. Rhod. II, 167. *Bosporum Thracium* ab Ius transitu nominatum fuisse tradit, et recte monet, περὶ τοῦ Βοσπόρου ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς παλαιοῖς διαφόρως λέγεται. Vid. Steph. Byz. v. Βόσπορος. Etym. M. p. 205, 35. Eustath. in Dionys. 140.

V. 739. βίαιος, σκληρὸς δυνάστης. Schol. B.

V. 740. ἐπέρριψε, ἐπέφερε. Id.

V. 741. ἔκυρσας, ἔτυχες. Id.

V. 743. οὗς — εἶναι δόκει σοὶ μηδέπω ἐν πρ. δόκει σοὶ, νόμιζε Schol. B. Ex οὗς supple τούτους. Sententia est: *quas enim nunc audisti narrationes, eas putato nondum tibi ne in prooemiis quidem esse*, h. e. ne in prooemio quidem sum tibi enarrans tuam fugam. Recte Schol. B. τοσοῦτοι γὰρ εἰσιν, οὗς μέλλεις ἀκοῦσαι, ὥς οὐδὲ προοίμια τούτων εἶναι οὗς ἤκουσας.

V. 745. ἀναμυχθίσεσθαι est *ex imo pectore ingemiscere*. Verbum derivatum est a μύζω, quod ex μῦ ortum est, ut αἰάζειν ex αἶ. Significat fere idem quod στένειν καὶ ἄχθεσθαι.

V. 748. δυσχείμερόν γε — δύης. *Utique ei dicam tempestuosum mare dirae calamitatis*. Sic Eurip. Hippol. v. 822. κακῶν πέλαγος. Goethius noster: *ein Meer von Klagen*. δυσχείμερον, τὸ ἄγριον Schol. B. ἀτηρᾶς δύης, σκληρᾶς καὶ ἀφορήτου δυστυχίας. Id. Comparant Eur. Orest. v. 340. sqq.

ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς.  
 ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς  
 τις ἀκάτου θοᾶς τινάξας δαίμων  
 κατέκλυσεν δεινῶν πόνων, ὥς πόντου  
 λάβροις ὀλεθροῖσιν ἐν κύμασιν.

V. 749. Comparant Eurip. Troad. v. 632. Med.  
 v. 145. 795. Andromach. v. 397. Soph. Ant. v. 469.

V. 750. στυφλὸς est *asper, praecipuus*, σκληρὸς  
 Schol. B. στυφλὸν, ἢ στυφελὸν· τραχὺν, σκληρόν. Hesych.  
 Noster Pers. v. 303. στυφλοὺς παρ' ἀκτίας. Ibid. v. 965.  
 στυφελοὺς θείνοντας ἐπ' ἀκτίας. Eurip. Bacch. v. 1135.  
 ὑπὸ στυφλοῖς πέτραις.

V. 751. σκήψασα, πεσοῦσα βαρέως Schol. B.

V. 754. δυσπετῶς, δυσκόλως Id. ὁ Προμηθεὺς  
 ἰδὼν τὴν Ἰὼ λυπουμένην δι' ἃ πάσχει κακὰ, φησὶ πρὸς  
 αὐτήν, δυσχερῶς ἂν τὰς ἐμὰς κακοπαθείας ἔφερεις. Schol. A.

V. 756. αὕτη, τὸ ἀποθανεῖν. ἀπέδωκε τὴν σύντα-  
 ξιν πρὸς τὸ ἀπαλλαγῇ, ὥσπερ τὸ, ξύλινον μόνον εὐρόντες,  
 ἢν καλέουσι παγίδα. Schol. B.

V. 760. συμφορὰν, ἥτοι ἐκπεσεῖν τὸν Δία τῆς  
 βασιλείας τῶν θεῶν. Schol. A. Comparant Soph. Oed.  
 Tyr. v. 937. τὸ δ' ἔπος, ὃ 'ξερω τάχα ἥδοιο μὲν· πῶς  
 δ' οὐκ ἂν· ἀσχάλλοις δ' ἴσως.

V. 761. πῶς οὐκ ἂν εὐφράνθην ἐγὼ ἐξ αὐτοῦ πολλὰ  
 κακὰ καὶ ἐπαχθῇ πάσχουσα; Schol. A.

V. 762. τῶνδε, ὧν ὁ Ζεὺς πείσεται, λέγω τῆς ἀρ-  
 χῆς ἐκπεσεῖν Schol. B.

V. 765. εἰ — βλάβῃ, v. ad v. 195.

V. 766. ἀσχαλᾷ, λυπηθήσεται Schol. B.

V. 767. θέορτον, ἐκ θεοῦ ὀρμώμενον, ἥτοι θεῖον. Id.

V. 768. τί δ' ὄντιν', ἀντὶ τοῦ, διατί ἐρωτᾷς ὄντινα

καὶ ποῖον γάμον γαμήσει ὁ Ζεὺς; οὐ γὰρ πρέπει λέγεσθαι τοῦτο. Schol. A.

V. 770. φέρτερον. Comparant Pind. Isthm. VIII, 67. πεπρωμένον ἦν φέρτερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν. φέρτερον, ἰσχυρότερον Schol. B.

V. 771. ἀποστροφῇ, ἀποφυγῇ Schol. B.

V. 772. πλὴν ego cum Elmslejo recepi, qui monuit, nihil inter πρὶν (quod vulgo legitur) et ἄν interponi debere, nisi particulam. λυθεις participium retinui, ut exquisitius et vix a librariis pro λυθῶ positum. Oratio non est abrupta, sed supplendum εἰμι, ut Soph. Oed. Tyr. v. 1526. ὅστις οὐ ξήλω πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων. V. Herm. ad Viger. p. 770.

V. 774. τῶν σῶν. „Stanlejus: „„De Promethei solutione duplex veterum sententia. Sunt qui a Jove solutum tradant, postquam cum eo Prometheus ob explicatam Themidos de Thetide prophetiam in gratiam redierit. Alii Herculem eum a vinculis exemisse invito Jove tradunt. Priori sententiae aliquoties favere videtur Aeschylus, ut v. 522. Hic vero posteriorem sententiam se omnino amplexum ostendit.““ Stanleji hac observatione ne quis inductus Aeschylum pugnancia secum composuisse criminetur, notandum est, eum tertiam quandam liberati Promethei caussam sequi, ex utraque in unam conflata. Fingit nempe Herculem quidem Promethei liberatorem exstitisse, eundem tamen Jovi, ut Prometheo ignosceret, ejusque liberationem ratam haberet, hac lege persuasisse, ut Prometheus vicissim ei periculum, quod a Thetidos nuptiis timendum esset, aperiret.“ SCHUETZ. Conf. quae disseruimus in praef. ad Germ. huj. trag. conversionem, p. XXVI. sqq. Caeterum τινὰ ἐκ γόνων ambigue dictum est, quum *filius*,

*nepos, pronepos*, quicumque ab ea natus intelligi possit. Quapropter Jo accuratius inquirat.

V. 776. τρίτος — πρὸς δέκ' ἄλλαισιν, τριςκαίδέκατος. ἀπὸ Ἰοῦς Ἑπαφος, οὗ Λιβύη, ἥς Βήλος, οὗ Δαναὸς, οὗ Ἑπερνήστρα, ἥ μὴ κτείνασα τὸν Λιγγέα τὸν ὁμόζυγον, ἥς Ἄβας, οὗ Προῖτος, οὗ Ἀκρίσιος, οὗ Δανάη, ἥς Περσεύς, οὗ Ἡλεκτρώων, οὗ Ἀλκμήνη, ἥς Ἡρακλῆς. Schol. B.

V. 777. εὐξύμβλητος, εὐγνωστος. Id. Sic, laudante Blomf., εὐξύμβουλος Noster Choeph. v. 168. Suppl. v. 695. Contrarium Soph. Trach. 696. ἄξύμβλητος.

V. 779. προτείνων, ἐξ ἀπλῶν διδούς. Schol. B. προτείνειν, *porrigere*, proprie dici de iis, qui pabulum pecori ostendent, ut ad sequendum proliciant; quo sensu frequenter adhiberi προσείω, adnotat Blomfieldus, commemorans Plat. Phaedr. p. 338. C. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα, θαλλόν, ἢ τινα καρπὸν προσείοντες, ἄγουσι, οὗ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων ἐν βιβλίοις etc. Sensus igitur est: *quae tu mihi antea ultro promissisti*, ea jam noli non praestare.

V. 784. χάριν θέσθαι τινὶ est *gratiam alicui facere*. Eur. Hecub. v. 1201. εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν θέσθαι. Prosaici scriptores dicunt χάριν καταθέσθαι τινί.

V. 785. μὴδ' — λόγους, *neque adspernare mea dicta*. ἀτιμάζειν est *rejicere, in nullo honore habere, repudiare*. V. Aesch. Eum. v. 834. οὐδ' ἀτιμάσω πόλιν.

V. 789. προσχεγγέτε, v. ad v. 644.

V. 790. πολύδονον, πολυτάραχον Schol. B.

V. 791. μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν, v. ad Eumen. v. 262. Comparant Nost. Choeph. v. 441. τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφου. Suppl. v. 183. φυλάξαι τὰμ'

ἐπη δελτούμενα. Soph. Philoct. v. 1318. καὶ ταῦτ' ἐπί-  
 στω, καὶ γράφου φρενῶν ἔσω. Triptolem. fragm. 535.  
 (ed. Dind.) Θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοιαι τοὺς ἐμούς λόγους.  
 Triangulares erant tabellae, quibus veteres ad scriben-  
 dum utebantur, et libri ex singulis tabellis congesti ap-  
 pellabantur δέλτοι, quia forma literae  $\Delta$  similes erant.  
 Unde animum et memoriam comparant cum tabula aut  
 libro, cui aliquid inscribendum est, ne oblivioni tradat-  
 ur. δέλτοι dicuntur μνήμονες, i. e. μνημονευτικαὶ  
 Schol. B.

V. 792. ρεῖθρον ἡπείρων ὄρον intellige Bospo-  
 rum Cimmericum, v. 731. sqq. τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης  
 ὁρισμόν. Schol. B.

V. 793. ἡλιοστιβεῖς, ἥγουν πρὸς τὴν ἀνατολὴν,  
 ἔνθα βαδίζει ὁ ἥλιος. Schol. A. Contrarium legimus  
 in Sept. Theb. v. 841. τὰν ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι, τὰν ἀνά-  
 λιον. — Sequi debebat verbum finitum βαῖνε s. tale  
 quid, sed exiderunt plures versiculi.

V. 795. sqq. Κισθίνης. Κισθίνη πόλις Αἰθιοπίας,  
 περὶ δὲ αὐτὴν εἰσὶ τὰ Γοργόνεια πεδία, ἐν οἷς κατοικοῦσι  
 Δινώ, Πεμφρηδῶ, καὶ Ἐννώ, αἱ τοῦ Φόρκυνος τοῦ υἱοῦ  
 τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Γῆς, ὃς μίγεις τοῦ ἑαυτοῦ ἀδελφῆ  
 Κητοῖ ταύτας ἀπέτεκε, κατώκουν δὲ ὑπὸ γῆν, καὶ οὔτε  
 ἥλιος οὔτε σελήνη ἦσαν θεαταί, κυκνόμορφοι δὲ ἦσαν διὰ  
 τὴν λευκότητα. Schol. B. Erant autem Phorcales δῆ-  
 ναιαι κόραι, i. e. secundum Apollodorum γράϊαι ἐκ  
 γενετῆς, a nativitate vetulae, et uno tres oculo, uno  
 dente tres praeditae, quibus per vices utebantur. Se-  
 cundum Hesiodum duae tantum fuerunt, Pemphredo et  
 Enyo. Vocantur κυκνόμορφοι, *cygniformes*; quod de  
*canitie* intelligunt Stanleyus et Schuetzius. ἐκτεμῆναι  
 i. e. ἔχουσαι.

V. 800. sqq. Αἱ Γοργόνες ἦσαν Ἀσθενὴ (alii vocant Σθενὴ), ἡ Εὐρυαλεία, καὶ ἡ Μέδουσα· εἶχον δὲ καὶ αὐταὶ ἓνα ὀφθαλμὸν, ὥσπερ αἱ Φορκίδες. ἦσαν δὲ περρωταί, καὶ τριῖνας δράκοντος ἔχουσαι· ὥς εἴτις εἶδεν ἄνθρωπος, εὐθὺς ἐτελεύτα. εἶχον δὲ καὶ συῶν, μεγάλων ὀδόντας, χεῖρας χαλκᾶς, καὶ πτέρυγες αἷς ἐπέτοντο. Schol. A. εἰσιδὼν ἔξετ' οὐδεὶς πνοᾶς, λιθοῦται γὰρ αὐτίκα. Schol. B.

V. 803. φρούριον λέγω, τουτέστιν ὥς ἄνωθεν εἰπὸν Γοργόνας καὶ Φορκίδας δεῖ σε φυλάττεσθαι, ἵνα μὴ τὸ ξῆν ἀπολέσῃς. Id.

V. 805. sqq. Schuetzius citat Solin. c. 13. *In Asiatica Scythia terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen, nam cum auro et gemmis affluent, Gryphes tenent universa, alites ferocissimae et ultra omnem rabiem saevientes, quarum immanitate obsistente ad venas divites accessus difficilis ac rarus est; quippe visos discerpunt, veluti geniti ad plectendum avaritiae temeritatem.* Aeschylus Gryphes vocat κύνας, ut v. 1024. αἰετὸς appellatur Αἰὼς πτηνὸς κύων, quem Cicero Tusc. II, 10. *Jovis satellitem* dicit. Harpyas quoque Jovis canes dici observavit Ruhnck. Epist. Crit. I, p. 93. Sunt autem ἀκραγεῖς, quae vox vulgo derivatur ab α (priv.) et κράζω, ut sit *mutus*, sed quum α illud Aeschylus non producat, hujus vocis alia origo esse videtur. Interim ego in vertendo retinui vulgatam interpretationem, qua mihi videbatur respondere nostro: *heiser*. Porro ὀξύστομοι vocantur *Gryphes*, h. e. ὀξύδοντες Schol. B.

V. 806. sqq. De Arimaspiis conf. Muret. Var. Lect. XII, 8. Stanlejus ad n. I. haec adnotat: Arimasporum historiae tres libros carmine composuit Aristeas Proconnesius, quem, ni supposititium opus fuerit, prout sentit

Dionysius Halic. et suspicari videtur Longinus (περὶ ὕψους c. 8.), secutus est in hisce describendis Aeschylus: exstat enim haud absimile ex Arimaspeis apud Joannem Tzetzem, Chil. 7. hist. 144.

Ἰσσηδοὶ χαίτησιν ἀγαλλόμενοι τανάησιν  
καὶ σφ' αὖς ἀνθρώπους εἶναι καθύπερθεν ὁμοῦρους,  
πρὸς Βορέω, πολλοὺς τε καὶ ἰσθλοὺς, κάρτα μαχητάς,  
ἀφνείους ἵπποισι, πολὺρῥηνας, πολυβοῦτας·  
ὀφθαλμὸν δ' ἔν' ἕκαστος ἔχει γαργίεντι μετώπῳ  
χαίτησιν λάσιοι, πάντων σιβαρώτατοι ἀνδρῶν.

Plinius etiam *uno oculo in media fronte* insignes tradit. Gellius N. A. IX, 4.: *item esse homines sub eadem regione coeli, unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi: qua fuisse facie Cyclopas poetae ferunt.* Et Strabo Cycloperum fabulam hoc arrepto argumento e Scythia in Graeciam delatam putat lib. I. Eustathius prodit in Dionysii perieg., eos inter sagittandum alterum oculum solitos esse claudere, quae consuetudo tandem in naturam transierit. Ex hoc vitio nomen haesit. Ἀριμα enim lingua Scythica *unum* significat, σπου *oculum* teste Herodoto lib. IV, 27. Eustathius aliter, nempe ἄρι *unum* et μασπούς *oculum*, cui accedit Schol. B. Quidquid vero de Arimaspis dicitur, in dubium vocat Herodot. III, 116., imo de iis nihil tradi praeter fabulas Strabo probat XI, p. 507. C. ed. Casaub. Cum Eustathio facit Muretus, eamque sententiam munire studet iis, quae Hippocrates narrat, apud quosdam in Asia populos pulchrum haberi oblongo capite esse: ob idque nutrices recens editorum infantium tenella capita manibus contrectando ac compri-mendo, globosam et orbicularem figuram corrumpere, eaque fastigiare, ac fasciis etiam adstricta cogere in



acumen crescere; paulatim studium in naturam vertisse, ut omnes ea in gente oblongis capitibus nascerentur; ex eoque *Macrocephalos* vocari. ἱπποβάμονα, *equo incedentem*, ἱππικόν Schol. B.

V. 807. χρυσόρρυτον. Auro abundare plagas illas septentrionales, praeter Solin. c. 15. asserit Herodot. III, 116. πρὸς δὲ ἄρκτον τῆς Εὐρώπης πολλῶ τοι πλείστος χρυσὸς φαίνεται εἶναι. Cautè tamen subdit ὅπως μὲν γινόμενος οὐκ ἔχω, οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι. Hinc Lucan. Phars. III, 280.: *auroque ligatas substringens Arimaspe comas*. Hujus caussa Gryphes cum Arimaspis assidue pugnare ex Aristea refert Pausanias in Corinth. STANL.

V. 808. νᾶμα Πλούτωνος, ἀπὸ τοῦ πολὺν ἐν τούτῳ χρυσὸν εὐρίσκεσθαι τοῦτο τὸ ὄνομα ἐσχηκώς. ἑτεροὶ δὲ τὸν Πλούτωνα οὐκ ὄνομα ποταμοῦ φασί, ἀλλὰ τὸν Νεῖλον αὐτὸν, ὃς διὰ τὸ πιαίνειν τὴν Αἴγυπτον πλούτων καὶ χρυσόρροας καλεῖται· σὺ δὲ μὴ τοῦτο νόει, ἀλλ' ἕτερον. Schol. B. Nunquam alias hic fluvius commemoratur, et Aeschylus fabulam antiquam secutus esse videtur, nobis hodie incognitam.

V. 810. sqq. κελαινὸν φῦλον, οὗ πρὸς ἥλιον — πηγαῖς. „Veteres Aethiopas ad extremitates terrae collocatos censebant, non solum versus meridiem, sed et versus orientem et occidentem; etenim monet Strabo lib. I. τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, cujus rei testem adducit Aeschylum in Prometheus lυομένῳ. Veteres sequitur Ptolemaeus, εἰσὶ δὲ ὁμοίως οἱ ὑπὸ τὸν Ζωδιακὸν οἰκοῦντες ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῶν, ἅπαντες μέλανες τὰς χροὰς Αἰθίοπες. Inde πρὸς ἥλιον πηγαῖς positi.“ STANL. Schol. A. κελαινὸν φῦλον. ἦτοι εἰς τὸ μέλαν γένος. λέγει τοὺς Αἰθίοπας, οἵτινες

κατοικοῦσι πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ ἡλίου, ἔνθα ἐστὶ καὶ ὁ ποταμὸς ὁ λεγόμενος Αἰθίοψ. Hunc fluvium a nigro colore nomen accepisse indicat Solin. c. 24. *ultra adhuc amnis, qui altro colore exit, per intimas et exustas solitudines, quae torrente perpetuo et sole nimio plus quam ignito nunquam ab aestu vindicantur.*

V. 813. καταβασμὸς est proprie descensus, i. e. cataracta. Scholiastae intelligunt de monte, qui Καταβασμὸς appellatus sit, Asiam Africamque dividens. Sed recte animadvertenterunt Interpretes, poetam loqui de Καταδούποις Nili, ubi fluvius iste de montibus praecipitatur; ibi, quam antea *Nigris* (Νιγρις) appellatus esset, jam Nilus (Νεῖλος) dicitur. Commemorat Solin. c. 32. *deumque a Cataracte ultimo tutus est, ita enim quaedam claustra ejus Aegyptii nuncupant; relicto tamen hoc post se nomine quo Nigris vocatur.* Herod. II, 17. ὁ γὰρ Νεῖλος, ἀρξάμενος ἐκ τῶν Καταδούπων. Cic. Somn. Scip. *Sicut ubi Nilus ad ea quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus.* Plin. V, 9. *Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo Cataracte inter occurrentes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere.*

Βυβλίνων ὄρων. Schol. A. ἀπὸ τῆς γινομένης παρ' αὐτοῖς βύβλου ἐπλάσαν τὰ βύβλινα ὄρη. Solin. c. 30. *Nilus papyro viget et calamo praetexitur.* V. Hesych. v. βύβλινος.

V. 814. σεπτὸν, σεβάσμιον διὰ τὸ πιαίνειν τὴν Αἴγυπτον. Schol. B. Inprimis nobilis propter *dulcedinem* aqua fuit Nili. Interpretes afferunt Achill. Tat. IV, c. 18. γλυκὺν δὲ πινόμενον ἦν, καὶ ψυχρὸν ἐν μέτρῳ τῆς ἡδονῆς. — διὰ τοῦτο αὐτὸν ἄκρατον ὁ Αἰγύπτιος πίνων

οὐ φοβείται, Διονύσου μὴ δεόμενος. Et Pescennii dictum ad milites: *Nilum habetis et vinum quaeritis?* Cf. ad v. 679.

V. 815. τὴν τρίγωνον ἐς χθόνα, τὴν Αἴγυπτον, ἣν καὶ Δέλτα καλοῦσιν Schol. B. Ob figuram enim, sicuti Sicilia.

V. 816. τὴν μακρὰν ἀποικίαν, *longam*, i. e. longinquam, *coloniam* dicit, ab Jus patria longe distantem. — κτίσαι, οἰκίσαι Schol. A. ποιῆσαι Schol. B.

V. 818. ψελλόν τε. ψελλός, ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων. ψελλίζειν, ἀσήμεως λαλεῖν. Hesych. ψελλόν, δύσγνωστον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ψελλιζόντων παίδων Schol. B. Est igitur *balbe dictum*, obscure expositum.

V. 819. Possit scribi ἐπανδίπλαζε, ut Eumen. v. 915. ἐπανδιπλοῖζω. .

V. 821. παρειμένον, παροφθὲν, παραλειμμένον. Schol. B.

V. 824. μέμνησαι δέ που, i. e. *siquidem meministi*. Cf. v. 784 — 787.

V. 825. Schuetzius: „Scite hic Prometheus a quaestione Chori deflectit, non solum ut Jus historiam absolvat, sed etiam ut respondendi necessitatem effugiat.“ At respondet Prometheus neque quidquam praetermittit eorum, quae promiserat. Exponit enim in iis, quae sequuntur, et Jus post errores fortunam et partum ejus, a quo vinculis liberabitur.

V. 828. τεκμήριον τοῦτο, τὸ τὰ πρόσθεν ἔρεῖν Schol. B. μύθων ἐμῶν, οὓς ἔφην ἀντὶ περὶ τῆς λύπης, πλάνης. Id.

V. 829. ὄχλον, τὸ πλῆθος. Id. τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς λόγους ἔασω, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ κεφάλαιον τῶν σῶν πλανημάτων πορεύομαι. Schol. A.

V. 831. δάπεδα omnes Codd. exhibent, neque eorum auctoritatem spernendam putavi. Nam quum δᾶ Dorice dicatur pro γᾶ, γῆ, non dubito, quin apud Atticos syllaba prima vocis δάπεδα recte producat.

V. 832. αἰπύνωτον, *celsa juga habentem*, ὑψηλήν Schol. B. ὅπου μαντεῖά εἰσι, addit Schol. A. Templum enim Jovis ad Tomari montis radices positum erat. Dodona autem jacebat in regione Molossorum (Μολοσσὰ δάπεδα).

V. 833. Θεσπρωτοῦ, ἀπὸ Θεσπρωτίδος γῆς ἄνομασμένου Schol. B.

V. 834. τέρας δ' ἄπιστον αἰ —, ἀπιστοῦσι γὰρ οἱ ἄνθρωποι εἶναι δοῦν φωνικὴν, καὶ ἰδόντες ἐκπλήττονται. Schol. B. „Fabulosae quercus fatidicae ia querceto sacro prope Dodonam multum inter veteres celebratae. Earum jam Homerus mentionem facit. Sophocles in Trachiniis, primum (v. 175.) antiquam fagum, unde columbae illae geminae oracula reddiderint, deinde vero etiam in Sellorum luco (v. 1174.) *vocalem quercum*, πολύγλωσσον δοῦν, memorat.“ SCHUETZ. τὸ δὲ προσήγοροι ἀντὶ τοῦ φωνικαί. Schol. B.

V. 836. προσηγορεύθης, ἐκλήθης Schol. B. προσηγορεύειν enim est h. l. *appellare*, non ut alias *salutare*. Nos tamen *begruessen* eodem sensu dicimus. Sententia est: *oraculum tibi significavit, te Jovis conjugem futuram esse*.

V. 837. μέλλονσ' ἔσεσθαι, τῶνδε προσσαίνει σέ τι, plurimi Codd. habent, et Schol. B. adnotat τοῦτο διὰ μέσου· λέγει δὲ ὅτι προσσαίνει σέ τι τούτων ἀντὶ τοῦ θέλγει καὶ κατέχει καὶ οὐκ ἄλλης τινὸς ἢ σοῦ ταῦτα γνωρίζεις πάθῃ. Quod non ferendum est; mire enim languerent haec verba. Additum igitur est e nonnullis

Codd. *εἰ*, ut *ἔσεσθαι εἰ* vel per crasin legatur, vel *ἔσεσθ' εἰ* scribatur. Optima sane haec sententia, quae habet aliquid ironiae, quum indicetur, felicitatem et honorem hujus conjugii non valde magnum fore. Homerus et poetae comici *αι* diphthongum ejicere non dubitarunt; tragicos tamen hanc libertatem sibi non concessisse putat Hermannus ad Eurip. Iph. Taur. v. 667., ubi legitur: *προδοὺς σε σώξεσθαι αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος*. Recte vero Hermannus talem crasin admitti posse apud eos statuisse videtur; neque ego eam duram existumo. Facile accidere potuit, ut librarii, quum plene scriptum reperissent *ἔσεσθαι*, hujus rei ignari, metri scilicet caussa *εἰ* omitterent. Aeschilo si talis crasis dura visa esset, facile scribere potuisset: *μέλλουσ' ἔσεσθαι, τῶνδ' ἔ' εἰ σάλνει σέ τι*, quod non scripsisse videtur. Cacterum *προσσαινεῖν* proprie dicitur *de canibus*, estque omnino *blandiri*, *κολακεύειν*, *εὐφραίνειν*.

V. 838. *οἰστρήσασα, ὑπὸ οἰστρου βακχευθεῖσα* Schol. B. Cf. Herm. ad Eurip. Iph. Aul. v. 77. *ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας μόνος*. Nam *οἰστράω* est *agitor furore*, *οἰστρέω* autem *agito furore*.

V. 839. *ὁ κόλπος Πέας* est *mare Adriaticum*; *ὁ Ἰόνιος κόλπος*. ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε τὴν Πέαν τιμᾶσθαι. Schol. B. Πέας πόντος. ὁ Βόσπορος. ἥ ἐστι καὶ Ἀδρίας. καλεῖται ἀπὸ τοῦ εἰσβάλλοντος πόντον Ἀδρίου. Phot. Lex. MS.

V. 842. Ἰόνιος. „Ety. M. p. 473, 16. Ἰόνιος κόλπος, ἀπὸ τῆς Ἰούς, ὡς Αἰσχύλος. Schol. Apoll. Rh. IV, 308. Ἰόνιον πέλαγος πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ οὕτω καλούμενον ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυρίου. τινὲς δὲ, ἀπὸ τῆς γενομένης πλάνης τῇ Ἰοῖ, ubi legendum videtur τὸ πρὸς τῇ Ἰοῖ, et mox ἀπὸ τῆς τῇδε γενομένης. Eustath. in Dionys. 92. Λέγεται δὲ Ἰόνιος, ὡς καὶ τῷ Λυκόφρονι

(v. 631.) δοκεῖ, καὶ τῷ Αἰσχύλῳ, ἀπὸ τῆς Ἰούς. διενή-  
 ξατο γὰρ ἐκείνῃ βούς γενομένη κἀνταῦθα. οἱ δὲ φασὶν  
 ἐπὶ Ἰάονος, ἀνδρὸς Ἰτάλου, ἢ ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλ-  
 λυρικοῦ. pro Ἰάονος Steph. Byz. Ἰόνος. Stanlejus mo-  
 net Jonium mare latius a Poetis quam a Geographicis  
 extendi. Cum nostro consentit Charax in Ἑλληνικοῖς  
 apud Anonymum de Incredib. Galei Opuse. Mythol.  
 p. 106.“ BLOMF.

V. 845. τοῦ πεφασμένου, τοῦ φανέντος Schol. B.  
*Cernit mens mea plus quam conspicuum est.* Possit  
 etiam verti: *plus, quam dictum est, plus quam ego*  
*dixi, ut πεφασμένου perfectum sit a φημί.*

V. 847. ἐς ταυτὸν, ἐκεῖσε ὅθεν τοὺς λόγους ἀφῆκα  
 Schol. B.

V. 848. Κάνωβος ἐσχάτη. Commemorant Eus-  
 tath. in Odyss. I. τὴν Κάνωβον ἐσχάτην χθονὸς λέγει,  
 ὡς κειμένην βορειοτάτην ἐν τοῖς πρὸς τῇ θαλάσῃ μέρεσιν  
 Αἰγύπτου. Et in Odyss. IV. ὁ δ' αὐτὸς (Αἰών) λέγει,  
 καὶ ὅτι πείρατα γαίης ὁ ποιητὴς ἐνταῦθά φησιν, εὐ τὰ  
 πρὸς Ὠκεανὸν, ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ πρὸς τῇ κατὰ Νεῖλον θα-  
 λάσῃ· καθὰ καὶ Αἰσχύλος εἰπὼν· ἔστιν πόλις Κάνωβος  
 ἐσχάτη χθονός· πᾶσα γὰρ ἀγχίαλος, ἐσχάτη χθονός. —  
 τελευταία τῆς γῆς Schol. B.

V. 849. Νεῖλου — προσχώματι. Vid. Strab.  
 XVII, p. 788. D.: ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσει τοῦ Νεῖλου κα-  
 λίπτεται πᾶσα (ἡ νῆσος), καὶ πελαγίζει πλὴν τῶν οἰκή-  
 σεων· αὗται δ' ἐπὶ λόφων αὐτοφυῶν, ἢ χλωμάτων ἰδρυν-  
 ται, πόλεις τε ἀξιόλογοι καὶ κῶμαι, νησίζουσαι κατὰ τὴν  
 πόρρωθεν ὄψιν.

V. 851. ἐπαφῶν, ἐφαψάμενος Schol. B. ἐπαφῶ,  
 ψηλαφῶ, ἐπιψάυει. Cyrilli Lex. MS. ἐπαφῶσῃ τῷ δακ-  
 τύλῳ, ἀντὶ τοῦ ἐφαψῆ. Erotian. p. 26. — ἀταρβεῖ,

χωρὶς φόβου. τὸ ἀταρβεῖ χειρὶ λέγει ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐπὶ κακῷ, ἀλλ' ἐπὶ καλῷ αὐτῆς θυγῶν. Schol. B.

V. 852. τῶν Διὸς γεννημάτων. Schol. B. videtur hunc locum recte interpretatus esse, quum dicit: γεννημάτων Διὸς λέγει περὶ τῆς ἐπαφῆς, αὕτη γὰρ ἀντὶ σπέρματος ἤρκεσεν. Nam, ut libri scribunt, τὰ γεννήματα Διὸς posita sunt in illa contrectatione et illo leni tactu, quo gravida facta est Io. Itaque τὰ γεννήματα sunt ut ita dicam θυγήματα, quae non solum ad valetudinem ejus restituendam, quam sola voluntate sua restituere potuisset Jupiter, verum etiam ad generandum filium vim exercebant. Verba ipsa suadent, ut locus sic intelligatur, quo nihil expeditius. Nomen ipsum Ἐπαφον quodammodo explicat τὰ γεννήματα. Quare ad conjecturas non confugio, neque probo θυγήματα, quod Brunckius auctore Peyraredo Schuetziusque receperunt, vocabulum neque idonea auctoritate munitum neque analogiae convenienter formatum.

V. 853. καρπῶσεται, κτήσεται Schol. B.

V. 855. sqq. γέννα πεντηκοντάπαις θηλύσπορος est *genus e quinquaginta puellis constans*. πέμπτην γένναν τὸν Δαναὸν λέγει φεύγοντα εἰς Ἄργος διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τῶν αὐτοῦ θυγατέρων γάμον συνάψαι τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῦ Αἰγύπτου παισὶ. Schol. B. De hac historia conf. argumentum Danaidum Aeschyli s. Supplicum. φοβηθεὶς ὁ Δαναὸς μήπως ἀναιρεθήσεται ὑπὸ τῶν υἱῶν Αἰγύπτου (ἣν γὰρ χρησμὸς αὐτῷ δοθεὶς πάλαι περὶ τούτου) ναῦν κατεσκεύασε τὴν κληθεῖσαν πεντηκόντορον ὡς ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ ὧν ἐγέννησε θυγατέρων· ἣ τὰς οἰκείας κόρας ἐνθάμενος, εἰς τὸ Ἄργος ἀπῆει, φυγῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αἰγυπτὸν· ὃς εἶχεν υἱοὺς πεντήκοντα. οἱ τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας ἐξήτουν ἐπὶ τῷ συνοικῆσαι

αὐταῖς. καὶ τὸ μὲν ἀληθές τῆς ἱστορίας οὕτως ἔχει. ὁ δὲ παρὼν ποιητής φησι, διὰ τοῦτο ἐλεύσεται εἰς τὸ Ἄργος ἡ θηλύσπορος γέννα, ἡ πέμπτη ἀπὸ Ἑπάφου, ἥγουν αἱ πεντήκοντα θυγατέρες τοῦ Δαναοῦ, διὰ τὸ μὴ θέλαιν συνελθεῖν εἰς γάμον τοῖς ἐξαδέλφοις αὐτῶν. τέως οὖν ὕστερον σπεισάμενων τοῦ τε Δαναοῦ καὶ τοῦ Αἰγύπτου, ἔδωκεν ὁ Δαναὸς τὰς οἰκείας θυγατέρας εἰς γάμον τοῖς υἱοῖς Αἰγύπτου. ἐπεὶ δὲ ἐπτοεῖτο, κατὰ τὸν χρησμὸν, ὅτι ἀναίρεθήσεται ὑπὸ ἐνὸς ἐκείνων, παρήγγειλε ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ ἀνελεῖν νυκτὸς τοὺς νυμφίους. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι οὕτως ἐποίησαν, μία δὲ θελχθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, οὐκ ἀνείλε τὸν ἐαυτῆς νυμφίον, ἀλλ' εἶπεν· περὶ ἧς καὶ ὁ ποιητής φησι. Schol. A.

V. 858. οἱ δ' ἐπτοημένοι φρένας, *illi autem animos perculsi, animo consternati*, h. e. amore vehementi capti. περιεσπασμένοι καὶ πεφροντισμένοι Schol. B. Homer. Od. XXII, 298. φρένες ἐποτήθηεν. Sapph. τό μοι ἄν καρδιαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν. Cf. Noster Suppl. v. 220. ed. Well., ubi eadem imagine utitur Aeschylus. Eurip. Iph. Aul. v. 586. ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθη. Saepissime de amore adhiberi hoc verbum, notavit Toupius in Longin. X. πτοιαῖσθαι λέγεται τὸ παρορμαῖσθαι πρὸς τὰ Ἀφροδίσια. Hesych.

V. 859. κίρκοι, ut *accipitres*, qui columbas persequuntur. V. Horat. Od. I, 37, 17. ab Italia volantem remis adurgens (*accipiter velut molles columbas*, aut leporem citus venator). Lycophron. v. 169. κίρκον καταβόακτῆρα Paridem, Helenae raptorem, vocat. Dicuntur autem πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι, a columbis non procul relictī, non spatio derelicti, h. e. *columbis acriter instantes et imminentes*.

V. 861 — 863. Hic locus a multis multum tenta-



tus est. Primum φθόνον σωμάτων interpretantur Scholiastae de corporibus filiorum Aegypti, quos deus infensus ἀπώλεσεν. Sed in aperto est, φθόνον δὲ σωμάτων ἔξει θεός dici de virginum corporibus: *invidet illis, qui persequuntur, connubium deus, ut non potiantur Danaidum corporibus*; non captandas enim nuptias captantes illi dicti sunt. Post hoc Πελασγία δὲ δέξεται de iisdem (virginibus) intelligendum est; ex Aeschyli Suppl. enim constat, eas recipere Pelasgiam, ut cives suas, omni periculo liberatas; Πελασγία autem est Peloponnesus, ἦτοι τὸ Ἄργος Schol. B. De corporibus mortuorum intelligi haec verba non possunt, quum nihil de interfectis sponsis commemoratum sit. Hoc demum sequitur: *θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει*, qui genitivi absoluti habent, quo nos offendant. Requiritur enim ad δαμέντων subjectum; quapropter aut lacuna h. l. est, aut ex praecedentibus supplendum est αὐτῶν s. ἐκείνων, ut ad Aegyptii filios referatur, quod utique hic facilius subintelligi potest, quam in loco Eumenid. v. 50., ubi contra linguae usum desideratur subjectam. Sensus igitur est: *Argos patria recipiet eas, postquam illi domiti sunt femineo Marte cum nocturna audacia. θηλυκτόνῳ Ἄρει* proprie valet muliebriter occidente Marte, h. e. Marte qui per mulieres occidit, omnino igitur *femineo ferro*; *νυκτιφρουρήτῳ θράσει* est *audacia noctem observante*, θράσει τῷ νυκτὸς ἐπιτηρήσαντι (νυκτὸς γὰρ ἀνεῖλον αὐτοῦς) Schol. B. h. e. igitur *nocturno facinore*. In quibus subjectum ad δαμέντων omissum si nihil habet offensionis, omnia plana sunt et expedita; sin habet, post δέξεται lacunae signum ponendum est.

V. 865. δίδηκτον, supra v. 694. ἀμφήκει κέν-

τοῦ dictum est; δίστομον Schol. B. ἐν σφαγαῖσι.  
„Id est *in jugulo*. Male Stanlejus vertit *caede tingens*.  
Eur. Orest. v. 285. μὴ τῆς τεκούσης εἰς σφαγὰς ὤσαι  
ἕλφος. Polyacn. VIII, 48. τὸ ἕλφος καθεῖσα διὰ τῆς σφα-  
γῆς. Virg. Aen. XII, 357. *dextrae mucronem extor-  
quet, et alte Fulgentem tinguit jugulo*. Horat. Serm.  
II, 3, 136. *In matris jugulo ferrum tepefecit acu-  
tum*. Ovid. Epist. XIV, 5. *Quod manus extimuit  
jugulo demittere ferrum*. Hactenus Ruhnken. Epist.  
Crit. I, p. 71., quibus adjici potest Autonin. Liberal. 25.  
ἐπάταξαν ἐαντὰς τῇ κερκίδι παρὰ τὴν κλεῖδα, καὶ ἀνέρόη-  
ξαν τὴν σφαγὴν. Petron. Arb. Fragm. p. 679. *Jugulo  
stat divite ferrum*. Galenus in Isagoge: τὰς σφαγὰς  
inter τὰς κατακλεῖδας ponit.“ Blomf.

βάψασα, θήσασα Schol. B. Soph. Aj. v. 95. ἔβα-  
ψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ.

V. 866. ἐς ἐχθροὺς, quod multi Codd. exhibent;  
male probat Blomfieldus; non enim hic de amore qui  
*intrat ad aliquem*, sed de eo, qui *it adversus aliquem*,  
sermo est. Quare ἐπὶ rectius legitur.

V. 867. μίαν δὲ, τὴν Ὑπερμήστραν. αὕτη γὰρ  
μιγεῖσα ἔλεον ἔσχεν αὐτοῦ (Lyncei). Schol. B.

V. 868. ἀπαμβλυνθήσεται ἀπαμβλύνειν proprie  
dicitur *de ferro, cujus acies retusa est*; tum omnino  
est *hebetare, retardare*. Sept. Theb. v. 697. ed. Well.  
τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ. Ibid. v. 826.  
καὶ θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. H. igitur I. est: *illa he-  
betabitur ad consilium*, i. e. mens ejus in consilio  
hebetabitur, ne maritum occidat.

V. 870. Conf. Horat. Od. III, 11, 30. sqq. *Una  
de multis, face nuptiali digna, perjurum fuit in pa-*

*rentem splendide mendax, et in paxe virgo nobilis aevum.* κλύειν, *audire, ὀνομάζεσθαι* Schol. B.

V. 872. Non male Schuetzcius conjecit: μακροῦ λόγου δὲ ταῦτ' ἐπεξελθεῖν, sc. ἐστίν, *multi autem sermonis est.* Nam asyndeton hoc parum aptum videtur. Conf. ad Eum. v. 610. Verisimile est, libentarios nostrum locum e vers. 877. δεῖ μακροῦ χρόνου εἰπεῖν mutasse.

V. 873. sqq. φύσεται θρασὺς — λύσει. γεννηθήσεται ἰσχυρὸς Ἡρακλῆς. Schol. B. mox addit: ἐλευθερώσει τοξεύσας τοῦμὸν ἥπαρ ἐσθλόντα ἀτόν.

V. 875. sqq. χρησμὸν — Θέμις. „Themis enim vaticiniis clara Delphico quoque oraculo secunda post Terram praesedissee ferebatur, quam Titanis, ac deinde Apollo ordine exceperint. Cf. Eumen. v. 1. sqq. Quamquam alium ordinem praesidium hujus oraculi narrat Pausan. X, 5. p. 809. ed. Kuehn.“ SCHUETZ.

V. 878. σύ τ' simpliciter adjectum est: *tuque.* Tuque nihil juvabere, si ea audiveris.

V. 879. ἐλελεῦ proprie est *eorum, qui pugnam ineunt.* ἐλελεῦ. ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελεῦ. καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνουν μετὰ τινος ἐμμελοῦς κινήσεως. Suid. Ab hac exclamatione docuit Blomfieldus Bacchas dici Eleleïdes apud Ovid. Heroid. IV, 47. Schol. A. ἐλελεῦ vocat θρηνηῶδες ἐπίφθεγμα.

ὑπό μ'. ὑπὸ pertinet, ut v. 574., ad verbum θάλλουσι non tam per imesin quam adverbii vim habens.

σφάκελος proprie dici solet *de morbo*, quem nos *Brand* dicimus; deinde de omni *animi aestu* atque *inflammatione* adhibetur. σπασμὸς τοῦ ἐγκεφάλου Schol. A. Opportune Schuetzcius: Jam Jo novis furoris stimulis se agitari sentit. Hic tamen primos tantum ejus impetus

verbis describit, reliquos vero scena egressa spectatoris imaginationi conjiciendos relinquit. In quo quum nihil non prudenter instituerit poeta, inepte tamen Pauwius eum vituperat, quod linguae et mentis confusionem haud accurate satis verbis expresserit. V. ad v. 887.

V. 880. φρενοπληγῆς activo sensu dicitur *animum pungens, in insaniam injiciens*; φρενόπληκτος infra v. 1056. passivo sensu is, *qui insania affectus est, insaniens, παράκοπος, μανικός*.

V. 881. ἄρδης est *cuspis*. ἄρδης ἀκίς. Αἰσχύλος Προμηθεὺ δεσμώτη. Hesych. Formata fortasse haec vox est ab ἄρδω, quod est *tinguere*; *cuspis* enim *veneno* tinguitur. Dicitur autem ἄπυρος, cujus vocis potestatem hoc loco non recte perceperunt interpretes. Fuerunt enim, qui ἄπυρος, quod ab *a* et πῦρ formatum est, πολύπυρος explicarent, ut a privativum h. l. intensiōis vim haberet. Quod alii recte negant fieri posse, quum non liceat eandem vocem nunc negativo sensu nunc affirmativo usurpare. V. Buttm. Gr. Gr. med. §. 120. 5. not. 11. Unde Schuetzius putabat ἄπυρος h. l. significare *igne non factus*, ut *cuspis* intelligeretur, quae *non ferrea* esset; apud scriptores enim Aeschilo antiquiores ait hoc vocabulum valere *igni non admotum, sine igne factum*. Quam ego explicationem h. l. prorsus improbo, quoniam imago, qua oestri dicitur cuspis non igne cusa esse, quaesita est et inepta. Id ipse Schuetzius sensisse videtur, quum ad illam interpretationem defendendam addat, non omnes veterum poetarum imagines ad nostrae aetatis sensum examinandas esse. Hoc recte quidem ille observavit, sed cavendum est, ne imagines a veteribus adhibitas esse putemus, quas illi non adhibuerunt. Afferit autem, ut

confirmet suam sententiam, Aesch. Sept. Theb. v. 189. ed. Well., ubi *frena* equorum appellantur *igne cusam* s. *fabricata*, πυριγενετοὶ χαλινοί. At hujus loci longe alia ratio est neque cum illo potest comparari; quomodo enim nisi per ignem χαλινοὶ possunt fabricari? Ibi igitur imago, si qua est, valde simplex est et aplissima, neque hoc epitheton, si ad nostrum sensum exegerimus, frigidum et otiosum videtur, ut putat Schuetzsius. Neque vera sunt, quae idem deinceps excogitavit, iis, qui multo propius a prima ferri inventione quam nos abfuissent, omnes imagines a ferri fabrica petitas novitatis gratia blanditas esse. Immo veteres omnes fere imagines ab ipsa natura repelebant, naturae quasi propiores quam nos atque naturali rerum sensu imbuti. Unde *plastica* illa oratio, quam nos hodie a natura paene abhorrentes et artificiorum studiosi admiramur. Nemo autem quisquam naturae consentienter dicere potest, oestri s. insaniae cuspidem igne cusam esse vel non cusam esse. Quam ob causam ἀπυρος vocabulum cum propria ejus vi congruenter significare puto: *ignis expers, omni igne carens*, h. e. frigidum. Eum enim, qui ab oestri cuspe pungitur, horrorem quendam incedere ac frigus consentaneum est. Jo igitur dicit, *se nunc insania inflammari* (μανίαι θάλλουσίν με), *nunc horrore ac frigore corripī*. Sic a medicis ἀπυροὶ dicuntur aegroti, *qui febris non calent*.

V. 882. φρένα h. l. *diaphragma* significare notavit Buttlerus. Blomf. commemorat Schol. Venet. ad Il. XI, 578. φρένας δὲ ὁ ποιητῆς καὶ πάντες οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸ διάφραγμα. Soph. Trach. v. 933. πλευρὰν ὄφ' ἦπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην. Hom. Il. XXII, 451. ἐν δ' ἐμοὶ αὐτῇ Στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα. Shake-

spear. Macb. I, 3. Schuetzius: quod hic tragica severitate extulit Aeschylus, id Plautus comica festivitate designavit, cor metuentis *artem ludicram facere* (Aulul. IV, 3, 3.) *atque in pectus emicare* dicens.

V. 884. τροχοδινεῖται, περιφέρεται Schol. B. Aesch. Agam. v. 51. στροφοδινοῦνται. ἐλλίγδην, περιεστραμμένως Schol. B. Sensum explicat Schol. A.: οὐκ εἰμι ἐν τῷ παθεστώτι.

V. 885. ἔξω δρόμον, τοῦ καθεστηκότος Schol. B. ἔξω τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ Schol. A. Dicit, se recta via relictā huc illuc vagari, sui non compotem.

V. 886. λύσσης πνεύματι μάργῳ. „πνεῦμα furoris dicitur impetus, similitudine venti, qui, si vehementior est, saepenumero proruit euntes, aut saltem hoc efficit, ut aegre se tenere possint, et recta via incedere. Erunt tamen fortasse, qui malint hanc allegoriam a navis procellae vi disiectae comparatione fluxisse; quod nec mihi displicet, praesertim quum paulo post κυμάτων mentio fiat.“ SCHUETZ.

V. 887 — 888. Verte: *voces turbidae temere alidunt ad undas acerbae fortunae*, i. e. verbis frustra conqueror acerbum meum fatum; nihil enim prosunt verba et vix audiuntur in ea tempestate, qua jactor. λόγοι δὲ προσκρούουσιν πρὸς κύμασι στυγνῆς καὶ χυλεπῆς μανίας θολεροὶ καὶ συγκεχυμένοι. τουτέστιν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος τῆς μανίας ἀναταραχθεῖσα τὸν λογισμὸν θολεροῦς λόγους προῖεται Schol. B. θολεροὶ, τεταραγμένοι, ἄδηλοι. Id. τουτέστιν ὑπὸ ὀδύνης πολλὰ μάταια λαλῶ. Schol. A. θολερόν· ταραχῶδες, ἀκάθαρτον, βορβορῶδες, τεταραγμένον. Hesych. θολερός. παρὰ τὸ θολόν, θολερός. θολός δὲ ἐστὶ τὸ μέλαν τῆς σπηλίας· ἐξ οὗ καὶ ζῆμα θολῶ. Etymol. M. p. 453, 28. Huic voci opponitur λαμπρός Eur.

Suppl. v. 222. λαμπρόν δὲ θολερῶ δῶμα συμμίξας τὸ σὸν ἡλκωσας οἴκους. Et καθαρὸς Herodot. IV, 53. Caeterum de hac Jus querela commemoratu dignum est Schuetzii iudicium: „incredibilis est vis et vehementia ultimorum Jus verborum, quibus dictis se spectatorum oculis subtrahit, attonitos eos calamitatis suae magnitudine relinquens. Varietas nominum, quibus furorem designat, σφάκελος, μανία, λύσσα, claraeque ejus accidentium imagines, sanguinis accensi, cordis vehementer palpitantis, oculorum celeriter volutorum ac distortorum, vagae cursitationis, linguae denique titubantis, hae inquam imagines celerrimo quasi cursu concitatae gravissime terrent ac perturbant animum spectatoris. Fac actionis quoque dignitatem ac veritatem accedere, nihil fingi potest vehementius.“

V. 889. Hoc brevi carmine Chorus effert Pittaci sententiam, quae conjugii aequalitatem praedicat; Jovis et deorum petitiones periculosas esse, demonstrare Jus a Junone tam vexatae exemplum. Ut supra (v. 524. sqq.) Chorus ita loquitur, ut mortalium partes gerere videatur; aversantur igitur puellae conjugium cum diis, neque ab iis peti volunt, quoniam cum immortalibus difficile certamen sit Jovisque consilia nemo possit effugere.

V. 891. τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν est *affinitatem contrahere sibi comparem*, h. e. nuptias facere pares cum paribus. Schol. A. adnotat, Aeschylum loqui de Pittaco, et Eustathius monet, illam sententiam non profectam esse a Nostro. Eustathii loci hi sunt: (Iliad. VIII.) ἐξ οὗ (κηδέω) ἐπενθέσει τοῦ υ τὸ κηδεύω· ἐπὶ τε τοῦ θάπτειν (ὄθεν καὶ νηδεὸς νέκυς) καὶ τοῦ ἐπιγαμβρεύειν, καθ' ὃ ἔφη Αἰσχύλος· ὡς τὸ κηδεύειν καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακροῦ. Et (Il. I.): σημείωσαι ὅτι οὐ πρῶτος

Αἰσχύλος εἶπεν· ὥς τὸ κηδεύειν καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακροῦ, τουτέστιν ἄριστόν ἐστιν ἐκάστῳ τὴν αὐτῷ οἰκνύαν λαμβάνειν, καὶ μὴ τῶν ὑπερχόμπων γάμων ἐρᾶν· ἀλλὰ πρῶτος Ὅμηρος καὶ αὐτὸ ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἀχιλλέα ἐδίδαξεν. Interpretes praeterea commemorant Diogen. Lactium: τὸν δ' οὖν σοφὸν λέγεται ποτε νεανίσκῳ συμβουλευομένῳ περὶ γάμου ταῦτα εἰπεῖν, ἃ φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι.

Ξεῖνος Ἀταρνείης τις ἀνήρετο Πιτταχὸν οὕτω

Τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑρῥαδίου·

Ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος· ἢ μία μὲν δὴ

Νύμφη, καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ καὶ ἑμέ·

Ἢ δ' ἐτέρη προβέβηκε. τί λῶϊον; εἰ δ' ἄγε σὺν μοι

Βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.

Εἶπεν· ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὄπλον, ἀέρας

Ἦνιδε, κείνοι σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.

Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇ θοᾶς βέμβικας ἔχοντες

Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ·

Κείνων ἐρχεο, φησὶ, μετ' ἔχνια· χῶ μὲν ἐπέστη

Πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον· τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Ταῦτ' αἴτων ὁ ξεῖνος ἐγείσατο μείζονος οἴκου

Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.

Τὴν δ' ὀλέγην ὥς κείνος ἐς οἶκον ἀπήγετο νύμφην,

Οὕτω καὶ σύγ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

V. 893 — 895. Sensus est: *Neque vel divitiis luxuriantium vel genere insignium connubiorum tibi cupidus sit.* διαθρυπτομένων, τρυφώντων, σοβούντων. Schol. B. μεγαλυννομένων, μεταίρομένων καὶ μεγαλυνχούντων. Id. χερνήταν, χειροτεχνίτην. Id. ἐραστεῦσαι (i. q. ἐρᾶν), ἐπιθυμῆσαι· τοῦτο δὲ λέγει διὰ τὴν Ἰὰ ὁμιλήσασαν Διὶ, τὰ ἐρωτικά διὰ τοῦτο ταῦτα παθοῦσα. Id. γάμων tantum abest, ut propter metrum ejiciendum sit, ut propter id ipsum ex libris omnibus recte addatur. V. ad v. 902.



V. 897. sqq. Vel ante *Μοῖραι* desunt quatuor syllabae (—υ—) vel post *Μοῖραι* (υ—), ut epitheton, quod aut ad *Μοῖραι* aut ad *λεχέων* aut ad *Διὸς* pertineat, excidisse videatur. Quod quale fuerit, plane non liquet.

V. 899. Porson. ad Eur. Hecub. v. 884. *Θρηκὶ πλαθεῖσα ξένῳ* adnotat: „*πλασθεῖσα* Ald. et Mss. Sed altera forma, quae alibi apud Euripidem occurrit, melior videtur, et ita Brunckius.“ Hic quoque Brunckius *πλαθεῖην* primus recepit, quem sequuti sunt Dindorfius et Blomfieldus. Verbum est a *πελάω*, quod valet *appropinquare facio*, per syncopen factum *πλάω*, et *πελαθῆναι* s. *πλαθῆναι* dicitur *de viri cum femina conjunctione*, significatque *matrimonio jungi* cum aliquo s. aliqua. Soph. Oed. T. v. 1100. *Πανὸς ὀρεσσιβάτα προσπελασθεῖσα*. Phil. v. 677. *τὸν πελάταν λέκτρων ποτε τοῦ Διὸς Ἰξίονα*. — *τινὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ* est i. q. *τινὶ τῶν Οὐρανίωνων* s. *Οὐρανιδῶν*. Homerus deos vocat vel *Οὐρανίῳνας θεοὺς* vel simpliciter *Οὐρανίῳνας*, h. e. *coelites*. Hoc propterea adnotavi, quod Brunckius Schuezziusque *Οὐρανὸς* h. l. nomen proprium esse voluerunt, ut illa verba valerent: *cuidam e Coeli posteris*.

V. 900. *ἀστεργάνορα παρθενίαν*, v. ad v. 726. Bene Schol. B.: *τὸ ἀστεργάνορα ἐπίθετον παρθενίας*. *πᾶσα γὰρ παρθενία οὐ στέργει τοὺς ἄνδρας, ἡ γὰρ μὴ πρὸς αὐτοὺς τὸ πάραπαν σινάφεια οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἢ παρθενία ἐστίν*. Noster Suppl. v. 9. *τὸν φυξάνορα γάμον*.

V. 901. *μέγα δαπτομέναν*. „Vulg. *γάμῳ* non solum metrum aperte turbat (nam in versu strophes opposito omnia se recte habent, nec ullus est mutationi locus); sed sensum etiam impeditum ac difficilem reddit. *δαπτομέναν* enim cum *ἀλατείαις* construitur. Et

quamquam γάμω dativus caussae esse potest, tamen invenusta sic oritur constructionis ambiguitas, quia qui verba γάμω δαπτομέναν pronuntiari audierit, statim ea sic intelligit, q. d. *nuptiis vexatum*, deinde se ipse corrigere cogitur, quum finita demum periodo sentit γάμω absolute positum et δαπτομέναν cum ἀλατείαις construendum esse. Itaque mihi certum est, γάμω e glossa in textum irrepsisse, ac deinde veram lectionem μέγα exturbasse.“ SCHUETZ. Haec confirmantur editione Ald., ubi μεγάμω legitur, et similitudine verbi, quod est in versu strophes (μεγαλυνομένων); solent enim in his carminibus similia iisdem versuum locis verba sibi respondere, quod etiam de interpunctionibus observatum est. Fortasse tamen una voce scribendum est: γαμοδαπτομέναν γάμω exhibet Reg. E. et hoc verbum, audaciore compositione ab Aeschylo factum, a librariis divisim scribi coepit; unde Schol. A. interpretatur: ἅμα τῷ γάμω δαπτ. addens: λείπει γὰρ τὸ ἅμα. Sic Graeci fingunt θυμομαχεῖν, σιδηροτομεῖν, σιδηροδετεῖν multaque alia similia.

V. 902. πόνων pendet ab Ἥρας. Sunt enim *labores a Junone immissi illi puellae*. Non est, quod in πόνων offendamur; oratio enim in his melicis poematis gravior esse solet ac plenior, quam in aliis poeseos generibus, ubi dicendi ubertas magis coerceri debet. Hic poeta facit aptissime Chorum dicere: *se metu plenum esse, intuentem, ut Jus virginitas viros fugiens graviter laceretur laboribus, quibus eam Juno misere vagari per orbem coegerit*. Neque metrum elegantius fit omisso πόνων. Immo postulat rhythmus hujus carminis, ut talem habeat exitum strophæ, qualem addito πόνων habet. Alia autem metrorum ratio est v. c.

apud Soph. Antig. v. 806 — 816.. ubi πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω aplissime finitur et gravissime.

V. 903. sqq. Sensus est: *Ego vero, quia in conjugio aequali nullum positum est periculum, nihil metuo, neque deorum potentiorum amor oculo me adspiciat ineffugibili.* Dixerant enim Oceanitides, sibi non videri expetenda esse potentiorum conjugia; ipsis igitur, quia illa non expetant, nihil timendum esse, optantque, ut nunquam amor coelitum ad se convertatur, cum quibus vita non segura sit propterea quod dissidia nascantur, ex quibus solvi difficillimum sit. Supplendum igitur est εἶσιν ad ἄφοβος. ἄφρυπτον ὄμμα est accusativus, pendens a προσδράκοι, e more Graecorum, qui saepissime dicunt μάχην μάχεσθαι, ὁδὸν λέγειναι et similia. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 421. not. 2. et §. 408. I. b). Cf. infra v. 921. πεσεῖν πτώματα. ὄμμα autem proprie significat *adspectum* (*Blick*). Versus sunt iambici trimetri catalectici; puto enim versum 903., addita una syllaba, corrigendum esse: ἐμοὶ δ' ἄρ' ὅτι μὲν etc. θεῶν una syllaba legendum est.

V. 906. Sensus est: *Hoc bellum cum superis non suscipiendum est, et difficultates porrigit aegre vincendas.* Nam quum bellum illud ad felicem exitum perducere non possit, quoniam dii sunt potentissimi, omnino evitandum satius ducit Chorus, Jus exemplo edoctus. De ἄπορα πόριμος verborum constructione v. Matth. Gr. Gr. m. §. 422. p. 943. Significant enim i. q. ἄπορα διδούς. ἄπορα autem sunt ea, quae ita sunt impedita et implicita, ut nullus inde exitus inveniri possit.

V. 907. Sententia: *neque scio, qualis futura essem*, h. e. quae sors mea foret. Infelicissimam au-

tem se futuram esse arbitratur. De hac formula τί γέ-  
νωμαι v. Interpp. ad Thom. M. p. 858. ed. Bernard.

V. 908. Διὸς μῆτιν, *Jovis consilium*, recte  
Schuetzius interpretatur *Jovis victricem libidinem*.

V. 909. Schuetzius: Magna est venustas in adum-  
bratione ferociae Promethei, quae semper altiores spi-  
ritus sumit, nec unquam ad inferiorem dignitatis gra-  
dum deprimitur.

V. 910. οἶον i. e. ὅτι τοῖον. Male igitur Blomf.  
recepit τοῖον, quod Rob. exhibet. De ἐξαργύεται verbo  
v. ad v. 713. Sensus autem loci est: *Profecto ali-  
quando Jupiter, quamvis nunc audax mente sit et  
arrogans, demissus erit, quod sibi tale parat con-  
nubium*.

V. 915. μόχθων ἐκτροπήν, δυστυχιῶν ἐκφυγήν.  
Schol. B.

V. 918. πεδαρσίοις, v. ad v. 712. Schuetzii de  
arte Aeschyli egregium judicium h. l. commemoratu di-  
gnum est. Jubet enim nos conferre cum his v. 994 —  
996. et v. 1045 — 1055., ut intelligamus, quam sin-  
gulari arte tragicus noster ab humilioribus verbis gra-  
datim ad altiora adscendat. Quam enim sententiam h. l.  
Prometheus submissioribus verbis eloquatur, eandem  
post v. 994. sqq. elatioribus et ardentioribus verbis ab  
eo exprimi; donec tandem v. 1045. in eadem repetenda  
audacius exsultet oratio, et omni genere amplificationis  
exardescat. Nec praetermittendum esse ait, quod quam-  
vis per se leve, tamen his locis non sit ejusmodi, ut  
sentiri non possit, quod unaquaeque harum periodorum,  
ad sententiam quidem similium, ad elocutionem vero  
quasi gradibus quibusdam altius surgentium a verbis  
πρὸς ταῦτα incipiat; quae ratio, anaphorae figuram

imitans, hanc vim habeat, ut animum, non eorum solum quae dicenda sint expectatione, verum etiam antea dictorum recordatione, feriat. τοῖς πεδαρσίοις κτύποις, ταῖς ἐν τῷ ὑψηλῷ ὑπ' αὐτοῦ γενομέναις βρονταῖς. Schol. B. Recte vidit Schuetzsius, haec pro tonitribus cum contemptus aliqua significatione dicta esse; quasi tonitrua Jovis nihil aliud nisi inanem quendam strepitum efficiant. Conferri jubet v. 925.

V. 920. ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ. Ad exprimendas ejusmodi sententias et τὸ μὴ et τὸ μὴ οὐ dici potest. Illud (τὸ μὴ) fortius est et indicat aliquid nulla fere cum dubitatione conjunctum cogitari; quapropter plerumque de rebus praeteritis dici solet, quum volumus significare, *non potuisse prohiberi, ne vel hoc vel illud fieret, quod deinde factum est*. Hoc autem (τὸ μὴ οὐ) est ejus, qui dubitat paululum, quin aliquid fiat aliquando. Prometheus igitur ait, *nihil Jovi profuturum esse, quo minus turpiter cadat*, dubitat tamen nonnihil propterea quod omnia, quae futura sunt, aut incerta sunt aut saltem mutari possunt.

V. 921. πεσεῖν πτώματα v. ad v. 903.

V. 922. τοῖον παλαιστήν. Ita Soph. Aj. v. 562. τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφὶ σοι λείψω. Dicitur autem filius, qui nasciturus erat, si nuptias cum Thetide fecisset Jupiter. Nunquam autem ille natus est, quum Prometheus periculum, quod Jovi immineret, e vinculis liberatus, indicaret.

V. 925. βροντάς θ' ex conjectura edidisse Blomfieldum, supra notandum erat. Male tamen sic legit, quum verba comparisonis a Graecis conjungi cum genitivo inter omnes constet. V. Matth. Gr. Gr. m. §. 358. p. 837., ubi ὑπερβάλλειν c. gen. commemoratur

apud Plat. Gorg. p. 475. B. σκεψώμεθα, ἄρα λύπη ὑπερβάλλει τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, καὶ ἀλγοῦσι μᾶλλον οἱ ἀδικοῦντες ἢ οἱ ἀδικούμενοι. Sic τινὸς προτιμᾶν, ἡσασθαι, περιγενέσθαι, περιεῖναι, ὑπερφέρειν, προφέρειν, διαφέρειν, ὑπερέχειν, προέχειν, ἀπολείπεσθαι, alia.

V. 926. γῆς τινάκτειραν νόσον. Inde Neptunus solet appellari τινάκτωρ γαίας, ἐνοσίχθων, σεισίχθων, ἐννοσίγαιος. Wellauerus adfert Soph. Ant. v. 421. εἴχομεν θείαν νόσον. νόσος est omnino *id*, quo aliquis *perturbatur*, *pestis*, et τριάννα vocatur θαλασσία γῆς τινάκτειρα νόσος, quia Neptuni tridens et mare et terram concutit ac vexat, ut morbus hominem. Caeterum commemorant Pind. Isthm. VII, 31. sqq. εἶπεν εὐβουλος ἐν μέσοισι Θέμις, εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν, φέρτερον γόνον οἱ ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν ποντίαν θεὸν, ὃς κεραυνοῦ τε κρέσσον ἄλλο βέλος διώξει χερὶ τριόδοντός τ' ἀμαιμακέτου, Δί τε μισγομένην ἢ Διὸς παρ' ἀδελφεοῖσιν.

V. 927. σκεδᾶ, i. e. σκεδάσει. σκορπίσει Schol. B.

V. 930. σύ θην. θην est encliticon; unde Dindorfius recte scripsit σύ θην. Significat autem *sine dubio*, ut nostrum *wohl*, estque ejus qui aliquid conjicit. Saepius apud Homerum legitur haec particula. — ἐπιγλωσσᾶ, *ominaris*. ἐπιγλωσσώμεναι· ἐπιλαλοῦσαι· ἐπιγλωσσῶ· ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις. Hesych. τῇ γλώττῃ κατηγορεῖς, ἐποιωνίζῃ κατὰ τοῦ Διὸς ἃ βούλῃ γενέσθαι αὐτῷ. Schol. A. Schuetzius: Sequitur suavis et morala dialogi alternatio, inter Chorum Jovis metu et reverentia plenum, et Prometheus nihil ideo a ferocia remittentem.

V. 933. δυσλοφωτέρους πόνους, ἀφορητοτέρους καὶ δυσβαστακτοτέρους Schol. B. δύνλοφος, δύνλοπον proprie est *id*, quod *impositum est cervicibus et pre-*

*mit*, veluti *jugum* s. aliud *onus*. *πόννοι* vocantur *δύσλοφοι*, ut *labores* intelligantur, *qui* quasi cervicibus impositi *graviores sunt et aegrius feruntur*. Itaque omnino sunt vix tolerabiles labores.

V. 937. *ὁ δ' οὖν ποιείτω*, solemnis est formula eorum, qui aliquam rem non curant: *hic vero id faciat*. — *πάντα*, ὅσα ἂν ποιήσῃ Schol. B.

V. 938. Sententia est: *Illi sapientes sunt, qui colunt vindictae deam*, h. e. qui ita se gerunt, ut non provocent vindictam. Monet Chorus Prometheum, ne verbis gravioribus Jovis iram augeat; quod si faciat, Prometheum non esse sapientem. Hoc autem colloquio poeta prudenter tragoediae catastropham praeparat. *Ἀδράστεια temperantiae dea* fuit, ut *Νέμεσις*. Blomfieldus laudat Giacomellium: „ad vitandam invidiam Graeci solebant dicere, *προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν*. Demosth. adv. Aristogit. I, p. 459. *Καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὧν ἔγωγε προσκυνῶ*. Plato de Rep. Y. *προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ᾧ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν*.“ — *Ἀδράστεια* ἔφορος μέμψεως. λέγει οὖν ὥς οἱ μὴ μεμφοθῆναι σπουδάζοντες φρονιμοὶ εἰσιν. Schol. B. Conf. Blomf. ad h. l.

V. 939. *σέβου — ἀεὶ, reverere, adora, adulare eos semper qui reges sunt*. Gradatio quae inest in his verbis indicat summam Promethei iram; ἀεὶ autem pertinet ad τὸν κρατοῦντα, non ut *aeternum regem*, quemadmodum Schuetzius, intelligamus, sed *unumquemque regnantem*, sicuti Butlerus reddidit. Frequens hic usus est τοῦ ἀεὶ. Thucyd. I, 2. *βιαζόμενοι ὑπὸ τῶν ἀεὶ πλειόνων*. Nos dicimus h. l.: *deinen jedesmaligen Fuersten*.

V. 942. *ἄρξει θεοῖς*. Vid. Matth. Gr. Gr. m. §. 360. a) p. 839.

V. 943. Jovis cursor s. nuntius (ἄγγελος), Mercurius, ad scenam ex coelo demittitur per machinam.

V. 946. Schuetzius: Quum per omnem Promethei vincti tragoediam hoc egit poeta, ut nobis exemplar proponeret viri fortis cum mala fortuna compositi, tum in extrema scena summam vim et evidentiam addidit imagini justī et pertinacis viri, quem ne atrocissimae quidem instantis tyranni minae frangere, aut de solidae mentis statu dejicere possint.

V. 946. Qui μικροῖς vel μικρῶν conjecerunt, Jovem et ipsum μικρὸν vocant, quod ineptum est.

V. 947. τὸν ἡμέροις ego\_e codicibus et Schol. A. scripsi, quum τὸν articulus et ab omnibus libris exhibetur et omittendus non esse videatur, quoniam et antecedit et sequitur: τὸν πρὸς κλέπτην. Eum igitur postulat et orationis elegantia et gravitas, quae minuitur, si cum Blomfieldo, qui τὸν ejecit, hunc locum interpretamur: „*qui contra deos peccasti, beneficia mortalibus praestando*,” ut verba τὸν — πορόντα eorum quae praecedunt (τὸν ἐξαμαρτόντ’ εἰς θεούς) interpretatio sint. Ut supra v. 348. πρὸς ἐσπέρους τόπους, Aeschylus hic ἡμερος pro ἡμέριος s. ἡμερήσιος usurpavit.

V. 952. μηδὲ μοι διπλᾶς — προσβάλλης, „*nec mihi bis eandem eundi et redeundi necessitatem imponas*”; his verbis monet Mercurius, ut a superflua mandatorum deprecatione, et vanis Jovis voluntatem mutandi consiliis absteineat. Ad haec enim pertinet v. sq. τοῖς τοιούτοις.“ SCHUETZ. εἰ γὰρ ἀσαφῶς εἴποις, πέμψει με πάλιν ὁ Ζεὺς πρὸς σὲ ἵνα σαφῶς εἴποις. Schol. B.

V. 955. φρονήματος, i. e. *superbiae*. Saepe dicitur μέγα φρονεῖν, ut sit *magnum animum gerere*; non raro tamen omittunt Graeci μέγα, eundemque huic



simplici verbo sensum tribuunt. Vid. Schaef. Bos. Ell. p. 267. Hinc φρόνημα dictum est, ut sit i. q. μεγάλη φρόνημα, de qua vocabuli compositione v. Lobeck. ad Soph. Aj. v. 1120. p. 412. sqq. ed. sec.

V. 958. πέργαμα, λέγει τὸν οὐρανόν. Schol. B. πέργαμα significat *arcem, locum quemvis munitum*. Conf. Servius ad Virg. Aen. I, 99. „ex quibus omnia alta aedificia *pergama* vocantur, sicut Aeschylus.“ Fuerunt autem, qui putarent, πέργαμα ab arce illa Trojae denominationem invenisse arcis vulgarem.

V. 959. δισσοὺς, ἐβασίλευσε πᾶτον μὲν ὁ Ὀφίων καὶ Εὐρνόμης, ἔπειτα Κρόνος καὶ Πέα. μετὰ ταῦτα δὲ Ζεὺς καὶ Ἥρα. Schol. A.

V. 963. πολλοῦ γε — ἐλλείπω. Vid. v. 1008. τοῦ παντός δέω. Blomf. commemorat non absimilem proverbialem locationem ὄλω καὶ παντὶ διαφέρειν, et de ea Schol. Platon. ed. Ruhnk. p. 165.

V. 964. ἔγκονει, ἐγκονεῖν *de iis dici, qui currendo κόνεως πληροῦνται*, observarunt Interpp. ἐγκονέοντες, σπεύδοντες, ἐπειγόμενοι. Hesych.

V. 967. καθώρμισας plerique libri exhibent, recteque servasse mihi videntur Schuetzius Blomfieldusque, interpretati hoc verbum: *navem ad portum appellere, stationem subire*, ut sit: *in hunc portum, ubi sint mala, tu te ipse deduxisti*. Nihil enim est, quod in hoc καθορμίζειν reprehendatur. Quid autem ceteri libri, qui variant, voluerint, dubium est.

V. 968 — 972. Prometheus iis, quae Mercurius in eum dixerat, vehementer commotus sic respondet, ut summum divi ministri contemptum prae se ferat. Itaque quinque versibus acerbissimis, minime tamen contumeliosis, quoniam mala quae cum Mercurii istis bonis con-

feruntur nihil turpe et per se inhonestum habent, Mercurio significat, quid de ejus impudentia judicet. Fuerunt autem, qui versus 670 — 671 putarent a Mercurio, non a Prometheo pronuntiatos fuisse, libenariosque, quum illos quinque omnes Prometheo assignarent, errore quodam hoc fecisse. Volebant enim illi lenire hanc acerbam responsionem, at, credo, violarunt potius hujus loci vim et gravitatem. Omnis sententiarum nexus et verborum singulorum collocatio, quae exquisitissima est, satis probant, hos quinque versus ab uno Prometheo dictos voluisse Aeschylum. Primum verba οὐκ ἂν ἀλλάξαιμ' ἐγὼ ita collocata sunt (maxime illud ἐγὼ), ut quae sequuntur κρεῖσσον γὰρ οἶμαι unius ejusdemque esse necesse sit. Deinde Mercurius ex mea sententia non potuit respondere, Prometheus λατρεύειν τῇδε πέτρα, quae explicatio eorum, quae proxime praecedunt, in Prometheus potius convenit; est enim elegantior et subtilior, quam ut ab adversario proferatur. Deinde οὕτως ὑβρίζειν etc. sub finem responsionis additum praeclare ostendit, Prometheus omnia haec pronuntiasse; nam in prioribus duobus versibus fere nihil inest, quod ὑβρίζειν dici possit; quarto demum versu ὕβρις exprimitur. Voces enim maxime πατρὶ et πιστὸν Prometheus ὑβρίζειν faciunt. Porro vix Prometheus, tam vehementer iratus, Mercurio, si hic illos versus κρεῖσσον — ἄγγελον ipsi ironice opposuisset, se quodammodo excusans respondisset: οὕτως ὑβρίζειν — χρεῶν, sed gravius aliquid et acerbius protulisset. Jam vero, quum se acerbissime locutum esse sensisset ipse Prometheus, his nempe quatuor versibus in illum dictis, aptissime addit: οὕτως ὑβρίζειν τοὺς ὑβρίζοντας χρεῶν. Nam versus 966 — 967, quibus Mercurius eum irritaverat, fuerunt acer-

bissimi et ὕβρεως pleni. Denique videmus Prometheus tam commotum, ut ad ea, quae loquitur Mercurius uno deinceps versiculo, duobus iisque gravissimis et omnium acerbissimis his respondeat. Caeterum λατρεύειν πέτρας Prometheus supra v. 143. similiter dixit σκοπέλοις ἐν ἄκροις φρουρὰν ἄζηλον ὀρήσω.

V. 973 — 975. Docte Schuetzius: Quod subamarae Mercurii quaestioni sic respondet, ut se his fortunis delectari neget, id ipsum magnitudinem ejus animi in clariore luce ponit. Etenim si non sensisset molestias, facilior ei fuisset ferocia. Nunc quum se acerbissimo malorum sensu angi haud diffiteatur, nec tamen ideo inimicis se submittat, sed iis illudere et mala precari pergat, magnus ad fortitudinis existimationem cumulus accedit.

V. 976. ξυμφοραῖς. Vulgo construunt ἐπαιτιάσθαι τινά τινος, unde h. l. συμφορᾶς, quod Valck. conjecit, Schuetzius recepit, unusque Codex firmavit eam lectionem. Verum συμφορᾶς dativus recte se habet; significat enim hic dativus, ut saepissime, *propter* fortunas.

V. 982. Schuetzius: Sapienter tragicus semel hic ingemiscentem Prometheus ostendit, ut magnitudinem dolorum animadvertat spectator, qui ei, quamvis invito, tandem gemitum expresserint; id quod hanc vim habet, ut animi robur, et generosum pectus, quod tantis malis ille opponat, eo magis admiretur.

V. 983. De hac sententia v. Valck. ad Eur. Hippol. p. 210. sqq.

V. 987. Sententia est: *Recte dixisti, me nihil eorum dicturum esse, quae Jupiter cognoscere velit; et profecto quis gratiam Jovi debeo, eam jam retulerim.* Germanicam conversionem corrige ita: *Die weil ich ihm verpflichtet, zahl ich ihm den Dank.*

V. 994. πρὸς ταῦτα, v. ad v. 917.

V. 995. βροντήμασι χθ., recte Blomfieldus *tonitru subterraneum*, quale in terrae motu audialur, intelligit, laudans Eurip. Hippol. v. 1217. χθόνιος ὡς βροντὴ Διός. Nam de vero *tonitru* loquutus est Prometheus versu, qui praecedit, ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ, quod Schol. B. ἀστραπαὶ τε καὶ κεραυνὸς bene explicat. Erravit igitur Schuetzius.

V. 996. κυκᾶν, proprie ταράττειν τὰ ἄλφιστα, ut Photius ait, deinde omnino est *turbare, miscere*. Soph. Elect. v. 733. κλυδωνὰ ἐν μέσῳ κυκώμενον.

V. 1001 — 1002. τόλμησον — φρονεῖν. Horatius similiter: *sapere aude*; τολμᾶν est *sustinere*, de quovis consilio dictum, cujus audacia aliqua est capienti. Soph. Elect. v. 1051. τολμᾶς ἐπαινεῖν. Eurip. Suppl. v. 882. ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς μουσῶν τραπέσθαι. Praepositio πρὸς significat h. l. *secundum, quod attinet ad*.

V. 1003. Male Schuetzius, Elmslejus, Blomfieldus κῶμα accusativum esse putarunt, ut leni interpunctione post ὀχλεῖς posita sensus sit: *molestus es, frustra me velut fluctum suadere conatus*. κῶμα est nominativus, et Stanlejus recte vertit: *tu mihi velut fluctus molestus es frustra, persuadendo*. Atque ita locum intellexerunt Morellus et Butlerus. Nam contorta illorum virorum interpretatio est, quum nemo quisquam *fluctum suadere* conaturus sit; neque Prometheus se cum fluctu comparabit, sed Mercurii potius linguam, quum hic non abeat, sed garritu suo frustra sollicitet Prometheus. Fluctus autem natanti vel naviganti molesti sunt.

V. 1005 — 1008. „γνώμην, sententiam sc. quasi iudicis damnatoriam; s. consilium de Prometheus acer-

bis puniendo. ὑπτιάσματα χειρῶν, notissimus sup-  
plicum ritus, mulierum praecipue, supinas ad coelum  
seu ad genua potentioris sive hostis sive patroni manus  
tendentium.“ SCHUETZ. Conf. illud Horatii Od. III, 23.:  
*coelo supinas si tuleris manus.*

V. 1010. τέγγει, μεταβολὴν δέχη Schol. B. τέγγε-  
σθαι· εἵκειν, ἐνδιδόναι, Timaeus et Suid. Cf. Eur. Hip-  
pol. v. 303. οὔτε γὰρ τότε λόγοις ἐτέγγεθ' ἤδε, νῦν τ'  
οὐ πείθεται. Schuetz: „τέγγειν, ut Valck. ad Eur.  
Hippol. p. 195. monuit, proprie significat *aqua ad-  
spersa macerare et mollire*; hinc facili flexu transfer-  
tur ad pectus ferum verbis sive precibus molliendum.“

V. 1011. Cum nostro loco comparat Schuetz: Eurip. ap. Galen. de dogm. Hipp. et Plat. p. 283. ed. Bas.:

εἰ μὲν τόδ' ἡμᾶρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ  
καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόγων ἐναυστόλου  
εἰκὸς σφιδάζειν ἦν ἂν, ὥς νεόζυγα  
πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.  
νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι, καὶ κατηρτυκῶς κακῶν.

Quos versus Cic. Tusc. Qu. III, 28. sic vertit:

Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies,  
Nec tam aerumnoso navigavissem salo,  
Esset dolendi caussa, ut injecto equulei  
Freno repente tactu exagitantur novo;  
Sed jam subactus miseriis obtorpui.

V. 1015. οὐδενὸς μείζον recte emendavit Stan-  
lejus. Codices habent οὐδενὸς μείζον, et Schol. A. οὐ-  
δενὸς μείζον σθένει interpretatur ἴσον ἔστι τῷ μηδενί, ut  
οὐδενὸς μείζον sit: *non majus quidquam valet quam  
nihil, aequae ac nihil*, atque ita aliquis defendere lib-  
rorum lectionem posset, si hic sensus in verbis οὐδε-  
νὸς μείζον σθένει inesset. Immo librorum lectio recte  
se haberet. At nego hunc sensum praebere illam scri-

pluram, atque existumo οὐδενὸς μείζον nihil significare posse nisi *majus quam nihil*, i. e. *aliquid, nonnihil*. Itaque ut sententia esset: ἴσον ἐστὶ τῷ μηδενί, scribere Aeschylum oportuit: οὐ σθένει μείζον οὐδενὸς, quod οὐ non potuit omitti. Quapropter οὐδενὸς μείον scribendum fuit, quod significat *minus quam nihil*, i. e. *plane nihil*. Et sic tandem verba Mercurii exprimunt: ἴσον ἐστὶ τῷ μηδενί, nam οὐδενὸς μείον nihil est nisi negatio paulo fortior.

V. 1017. κακῶν τρικυμία. „τρικυμία, *fluctus decumanus*, ut dicebant Latini; tertius enim quisque fluctus maximus esse vulgo credebatur, vel, ut Festus tradit, decimus.“ BLOMF. Praeter alia exempla hic laudat Plat. de Rep. V, p. 472. A. δύο κύματα ἐκφυγόντι τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγει. Sensus igitur nostri l. est: *ad eas poenas, quas Prometheus nunc fert, aliae multo graviores accedent*.

V. 1021. πετραία δ' ἀγκάλη σε βαστάσει, ἐν τὸς αὐτῆς τριβήσῃ Schol. B. Proprie: *ulna saxeā te gestabit*, h. e. χάσματος γενομένου, μετέωρος ἔσῃ, κρεμύμενος τῶν χειρῶν, ut Schol. A. sensum exponit; Prometheus igitur significat Mercurius affixum saxo, in quo nunc pendeat, in Tartarum dejectum iri, captum quasi et gestatum in ulna scopuli.

V. 1022. sqq. μακρὸν — φάος. Schuetz'us: *Post longum autem temporis spatium*, quod tibi sub terrae tenebris depresso superandum erit, *denuo prodibis in lucem*. Hic disertis verbis notatur altera Promethei relegatio, quam Aeschylus in tragodia Προμηθεὺς λυομένου Caucasō factam esse finxit, quae vincula quum a posteritate multo magis quam illa priora in Scythica rupe celebrarentur, occasionem dederunt recentioribus

Grammaticis, ut et hujus dramatis Promethei vincti scenam perperam in Caucaso quaererent.

V. 1024. Conf. Promethei Soluti fragmentum, quod Cicero latine vertit, a nobis vernacule translatum in Praef. ad hujus tragoediae Germanic. Interpp., p. XXIV. sqq. αἰετός vocatur Jovis κύων, *canis*, i. e. satelles. Cf. ad v. 805.

V. 1026. ἄκλητος, *non vocatus*, itaque *non acceptus, molestus, impudicus*. Deinde appellatur πανήμερος, de quo vocabulo, quia Cicero secundum Prometheum Solutum prodat *tertio quoque* die advolasse aquilam, viri docti dubitarunt, quum hoc epitheton *quotidie accessisse aquilam* interpretandum censerent. At recte id Schol. B. δαιτυμὼν διὰ πάσης τῆς ἡμέρας explicat, diciturque aquila *conviva diurnus*, qui per totum diem jecur edit.

V. 1027. κελαινόβρωτον ἥπικρ, i. e. *atro modo adesum*. Schuetzius: pars jecinoris adesa atro tabo foedabatur.

V. 1029. θεῶν τις διάδοχος. Schuetzius: nullus plane tibi erit finis aerumnarum. Conditionem enim liberationis addit, quae nullo pacto erat exspectanda. Similis figura dictionis in illo Terentiano: Andr. I, 2, 29. *Verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem, hac lege atque omine, ut, si te inde exemerim, ego pro te molam.*“

V. 1033. λίαν ἐλρημένος, *valde edictus*, i. e. graviter et serio dicta verba, λίαν ἀληθῆ Schol. A.

V. 1046. πυρός — βόστρυχος, v. supra v. 368. et v. 1085. *Fulmen* sic vocatur propter similitudinem cum *cincinno*; ἡ ἡλικοειδὴς τοῦ πυρός καταφορὰ Schol. A.

V. 1051. sqq. κύμα — διόδους, *atque aspero*

*undarum impetu confundat ponti fluctus et astrorum coelestium tractus*, vertit Blomfieldus. Commemorant Virg. Aen. I, 133. XII, 204. διόδους, τὰς διεξόδους Schol. B. *spatia, intervalla, tractus*.

V. 1054. ἀνάγκης — δίναις, „Scite comparavit hunc locum cum Pindarico doctissimus fragmentorum ejus editor Schneiderus (p. 72. n. LIII.). Is exstat apud Plutarch. Cons. ad Apollon. p. 104.: ἅπερ οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι τοπαράπαν, ἀλλὰ Ταρτάρου πυθμένα πιέξεις ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις, ὡς φησι Πίνδαρος.“ SCHUETZ.

V. 1058 — 1059. τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαλεῖν, εἰ τὰδ' ἐν εὐχῇ sc. ἔστιν; ego secundum libros, nisi vehementer fallor, recte emendavi. Plerique libri habent εἰ τὰδ' εὐτυχῇ, quatuor εἰ δὲ τὰδ' εὐτυχῇ, quatuor alii εἴτα δ' εὐτυχῇ, quae lectiones nullum sensum praebent, sed facili mutatione correctae optimum. Nam hoc dicit Mercurius: *quid* (Prometheus) *abest a delirio, si haec ei sunt in votis?* Ea enim, quae Mercurius audiverat (ἔπη — ἀκοῦσαι), videbantur esse insani neque mentis compotis vota. Oplaverat autem Prometheus v. 1045 — 1055. atrocissimam sibi et miserriam fortunam. Aliorum conjecturae vix aequae aptae sunt huic loco neque difficulter refutandae.

V. 1065. Schuetzius: „In tanto periculi Prometheo jam parati terrore suaviter poeta animum spectatoris recreat admirabilis Nympharum in eum fidei imagine, quae una cum amico quidvis potius pati, quam eum in summo rerum discrimine deserere malunt.“ Conf. Praef. ad huj. Trag. Germ. Interpretationem, p. XXXII.

V. 1067. παρέσυρας ἔπος, *adduxisti s. attra-*



*xisti verbum*, h. e. protulisti. παρασύρειν proprie de torrente dici, qui violento impetu obstantia secum rapiat, observavit Blomfieldus, citans Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. p. 55.

V. 1070. τοὺς προδότας γὰρ. Nonnulli ediderunt: τοὺς γὰρ προδότας. Sed recte libri γὰρ post προδότας posuerunt, qua particulae collocatione προδότας majorem vim accipit et gravius significatur, quod voluisse videtur Aeschylus, fortasse tangens civem quendam Atheniensium, qui patriae male consuleret. Sin γὰρ post τοὺς ponitur, haec particula ad universam sententiam pertinet.

V. 1073. ἄ γὼ προλέγω non est quod reprehendatur. Vid. Herm. Praef. ad Soph. Oed. T. p. VII., ubi librorum scripturam defendi non posse demonstratum est. Hermannus ibi probat, quod Pauwius conjectit, ἄ γ' ἐγὼ, quamquam hoc ne satis Graece quidem dictum esse arbitratur Blomfieldus. Elmslejum quoque ἄ γ' ἐγὼ probare supra commemorandum erat.

V. 1075. Interpretes conf. Solonis versus:

εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρεην κακότητα,  
μὴ τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπιμάρτετε.

V. 1083. σεσάλευται. Et σαλεύειν et σαλεύεσθαι eodem sensu promiscue dicitur *concuti*. Quare carere possumus Blomfieldi conjectura σεσάλευκεν.

V. 1084. sqq. Blomf. conf. Hesiod. Theogon. v. 706. σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσιν τε κόνιν θ' ἄμα ἐσφαράγιζον, Βροντὴν τε, στεροπήν τε, καὶ αἰθαλόεντα περαυνὸν, Κῆλα Διὸς μέγαλοιο. Et Pauw. ap. Cic. de Orat. III, 39. *inhorrescit mare, Tenebrae conduplicantur, noctisque et nimbum occaecat nigror; Flamma inter nubes co-*

*ruscat, coelum tonitru contremat, Grando mista imbri largifluo subita praecipitans cadit: Undique omnes venti erumpunt, saevi existunt turbines: Fervit aestu pelagus.*

V. 1087. *κόνιν*, ultimam produci docuit Bentley. Dissert. de Phalarid. p. 135. Commemorant Aeschyli Suppl. v. 170. 780. Choeph. v. 926.

V. 1093. De iis, quae postea acciderunt Prometho, calamitatibus conf. Praef. ad hujus trag. Germanicam interpretationem, p. XXIII. sqq.

## CORRIGENDA.

In primo Aesch. Vol. praeter ea, quae jam notata sunt, corrige:

Pag. 105. l. 17. *scribe* maximi.

„ 164. l. 6. *scribe* ex his.

„ VI. Praef. l. 18. *scribe* pigriores.

Fuerunt enim, qui mihi, non correctori, haec menda tribuere non dubitarent.

In hoc secundo Vol. reperta sunt:

Pag. 9. l. 11. Dindorfius ἀπηύρω in Corrigendis reposuit.

„ 40. l. 9. *scribe* ἰπνοῦμενος.

„ 46. l. 5. *scribe* ἀχαμαντιοδέτοις.

„ 167. l. 17. *scribe* ut.

Si qui elisi sunt accentus et spiritus, satis constat, hoc non correctoris negligentiae, sed humanae in omnibus rebus imbecillitati tribuendum esse.

---

Ex officina C. P. Melzeri.

---







